


UNIVERSITY OF TORONTO

A standard linear barcode consisting of vertical black lines of varying widths on a white background.

3 1761 01592428 5







2

# FRAGMENTA HISTORICORUM GRÆCORUM.

---

VOLUMEN QUARTUM.



# FAGMENTA HISTORICORUM GRÆCORUM

COLLEGIT, DISPOSUIT, NOTIS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT

CAROLUS MULLERUS.

VOLUMEN QUARTUM.

INSUNT FAGMENTA

PRAXAGORÆ ATHENIENSIS.  
BEMARCHII CÆSARIENSIS.  
EUSTATHII CAPPADOCIS.  
EUTYCHIANI CAPPADOCIS.  
MAGNI CARRHENI.  
EUNAPII SARDIANI.  
OLYMPIODORI THEBÆI.  
PRISCI PANITÆ.  
MALCHI PHILADELPHENSIS.  
CAPITONIS LYCHI.

CANDIDI ISAURI.  
EUSTATHII EPIPHANIENSIS.  
HESYCHII MILESII.  
NONNOSI.  
PETRI PATRICII.  
ANONYMI.  
MENANDRI PROTECTORIS.  
THEOPHANIS BYZANTII.  
JOANNIS EPIPHANIENSIS  
JOANNIS ANTHIOCHENI.

ALIORUM AUCTORUM SUPRA QUINGENTOS NUMERO QUORUM  
ÆTAS EST INCERTA.

ACCEDUNT ADDENDA

ET INDICES LOCUPLETISSIMI AUCTORUM.

TITULORUM, RERUM NOMINUMQUE.

32994

PARISIIS,  
EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,  
INSTITUTI FRANCIAE TYPOGRAPHO.

M DCCC LI.

PA  
3490  
M84  
V. 4

---

## PRÆFATIO.

---

Rem lubricam sane et errori obnoxiam aggreditur, si quis itineris longitudinem definire suscepit, quod nemo unquam sit emensus. Sic mihi quoque accidit, ut sero intelligerem magnum istum fragmentorum acervum, qui in opus artificiose tesselatum expandendus erat, multo latius quam opinatus eram vindicare sibi spatiū. Tanta enim in dies succrescebat historiarum copia, ut volumen tertium, quo absolvere operam meam decreveram, vix iis sufficeret scriptoribus, quos ordine chrono-logico ad Constantini Magni usque tempora recensere deberem. Itaque trecentorum et amplius agmen historicorum, quorum ætas est incertior, una cum Addendis et Indicibus locupletissimis in novum hocce volumen deduxi. Verum ne sic quidem requiem mihi fecit FIRMINUS DIDOT. Ego enim quem stans promissis longe majus mihi fecisse viderer, quam pro ævi nostri levitate exspectare prudentior quisque potuisset, Firminus Didot aliam prorsus sibi legem scripsit. Quem si audias, promissa præstitis non modo exæquanda sed etiam superanda sunt, atque favor publicus quo cœpta nostra excipiuntur, non præmium esse debet, quo frumenti quiescamus, verum stimulus et ἵερὸς quasi οἰστρος quo quis ad majora incalescat. Quemadmodum igitur nova illa Polybii et Dionysii et Diodori fragmenta ex pulvere Escorialensi in lucem protracta volumini secundo inseruit, in tertia autem parte reliquias Nicolai Damasceni et Dexippi et Eusebii e codice Hispanico et ex Atho montis thesauris literatis auxit maximopere : similiiter quartum quoque volumen dote aliqua haud stipulata locupletari voluit. Videlicet colligendis et resarcendis fragmentis non

subsistendum in ætate Constantini Magni, sed ad ea usque tempora pergendum esse decrevit, quibus Constantinus ὁ τῆς πορφύρας ἀπόγονος scriptores veteres, nescio laudandone an execrando consilio, discerpere instituit. Itaque novum historicis illis librum dedicavimus, qui quanquam sermone labentem græcitatem coarguunt, fide tamen et auctoritate in suæ quisque ætatis historia principem facile locum merentur. Denique appendicis instar adjecta sunt Chronica Joannis Antiocheni, qui quum in historia imperatorum Romanorum auctores optimos ad verbum fere transcripserit, permulta præbet bonæ frugis plenissima. Reliquias horum Chronicorum sat amplas, quarum partem Valesius olim, partem majorem nuper in Anecdoto Parisinis Cramerus edidit, tum numero auximus e codice Parisiense, tum opera critica locis quam plurimis correximus.

Hæc fere præfanda mihi præfationum osori visa sunt. Ne tamen quod superest in hac pagina spatum illiteratum livore pereat, locum apponere liceat memorabilem, qui vol. III, pag. 343, ubi de vita Nicolai Damasceni agitur, inserendus est. Acceptum refero illustrissimo Cardinali ANGELO MAI, qui benigne eum communicare mecum voluit, quum Romæ versabar, ut quæ ad geographiam pertinerent, ibi colligerem. Jam diu scilicet in parando desudamus corpore geographorum, quo scripta geographicæ quæ vel integra perdurarunt, vel ex parte saltem in codicibus supersunt, vel quorum fragmenta per varios auctores sparsa occurrunt, sive græce sive latine sive arabice scripta sint, ad unum omnia comprehendantur ex ordine disposita, commentariis explanata, tabulis denique æri incisis illustrata. Quanquam si sortem perpendas quæ similia aliorum cœpta hucusque manserit, verendum sane ne nostra quoque consilia ὁ φθόνος τῶν θεῶν discutiat, vel efflorescentem vix segetem flatus quidam Typhonii exurant. Quod Deus avertat. Sed illuc redeo. Etenim Sophronius in Miraculis SS. Cyri et Cyrilli (Spicileg. Rom., tom. III, p. 548), quo loco exponit quomodo Isidorus, Dionysii *Damasceni* filius, morbo epileptico laborans sanatus sit, primum nonnulla præmittit de Damasci urbis claritate, ex quibus pauca hæc exscribere juvat: Αὕτη γὰρ, ait, τῆς Κοίλης Συρίας μητρόπολις, τῆς ὅλης Ἐώσιος ἀρχηγὸς ἐσασίλευε, Νίνον ἐστῆ βασιλεύοντα καὶ Σεμίραμιν τὴν περίφημον ἔχουσαν ἄμφω γὰρ ἐκεῖ βασιλεύσαντες καὶ τείχεσι τὴν πόλιν κυκλώσαντες, ἀπ' αὐτῆς τὰς

ἀποικίας ἐξῆγαγον, εἰς τε τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν Ἀραβίαν τὴν λεγομένην εὐδαι-  
μονα. Deinde vero de Dionysii genere assert hæcce: Δαμασκηνὸς ἦν  
καὶ τῶν ἐν τέλει λαμπρῶν Διονύσιος, ἐκ γένους βλαστήσας δεῖ διαλάμψαντος·  
οὐπερ ἀρχὴν καὶ ῥίζα Νικόλαος ἦν ὁ φιλόσοφος, ὁ Ἡρώδου παιδευτὴς καὶ  
παιδῶν τῶν Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας διδάσκαλος· ἀφ' οὗ καὶ Νικόλαι  
δώδεκα κατὰ διαδοχὴν ἐξανθήσαντες, φιλόσοφίᾳ γαυρούμενοι, τὸ γένος ἐφαί-  
δρυναν καὶ εἰς μέγα δόξης καὶ λαμπρότητος ἤγαγον· ἐκ τούτων ὁ λαμπρὸς  
γεννηθεὶς Διονύσιος, κτλ.

Parisiis, mense Januarii MDCCCLI.

CAROLUS MÜLLERUS.



# LIBER NONUS.

A CONSTANTINO MAGNO USQUE AD PHOCAM IMPERATOREM.

306-602.

---

PRAXÁGORAS ATHENIENSIS.

BEMARCHIUS CÆSARIENSIS.

EUSTATHIUS CAPPADOX.

EUTYCHIANUS CAPPADOX.

MAGNUS CARRHENUS.

EUNAPIUS SARDIANUS.

OLYMPIODORUS THEBÆUS.

PRISCUS PANITES.

MALCHUS PHILADELPHENSIS.

CAPITO LYCIUS.

CANDIDUS ISAURUS.

EUSTATHIUS EPIPHANIENSIS.

HESYCHIUS MILESIUS.

NONNOSUS.

PETRUS PATRICIUS.

MENANDER PROTECTOR.

THEOPHANES BYZANTIUS.

JOANNES EPIPHANIENSIS.

---

# PRAXAGORAS ATHENIENSIS.

Praxagoras Atheniensis postremis Constantini M. temporibus vel sub Constantio imperatore, ut videtur, Vitam Constantini M. libris duobus, Res Alexandri Magni libris sex, denique De regibus Athenarum libros duos dialecto ionica conscripsit, testante Photio.

Photius cod. 62, p. 20 ed. Bekk. : Ἀνεγνώσθη Πραξαγόρου [ τοῦ Πραξαγόρου addit cod. A. ] τοῦ Ἀθηναίου τῆς κατὰ τὸ μέγαν Κωνσταντίνον ιστορίας βιβλία δύο. Ἐν οἷς λόγοις διέξειν, διὰ δὲ πατὴρ Κωνσταντίνον Κωνσταντίονος Βρετανίας ἔβασιλευε, Μαξιμίνος δὲ τῆς Ῥώμης καὶ τῆς ἀλλης Ἰταλίας καὶ Σικελίας, δὲ δὲ ἔτερος Μαξιμίνος τῆς τε Ἑλλάδος καὶ τῆς κάτω Ἀσίας καὶ Θράκης. Διοκλητιανὸς δὲ, δὲ καὶ τῶν ἀλλων πρεσβύτατος, τῆς τε Βιθυνίας ἥρχε καὶ τῆς Ἀραΐδιας καὶ τῆς Αιτιόνης καὶ τῆς Αἰγαίου, δοσην δὲ Νεῖλος ἐπερχόμενος ἀρχεῖ. Τὸν οὖν Κωνσταντίνον δὲ πατήρ πέμπει παρὰ Διοκλητιανὸν εἰς Νικομήδειαν παιδευθερευον. Παρὼν δὲ, φησὶ, Μαξιμίνος, δὲ τῆς κάτω Ἀσίας βασιλεύειν, εἰς ἐπιθυμοῦ λόρμηστον νέου καὶ πρὸς μάγην λέοντι ἀγρίῳ καθίστησι τὸν νεανίαν. Οἱ δὲ τὸ μὲν θηρίον κρατήσας ἀνεῖλε, τῆς δὲ ἐπιθυμοῦ λόρμημένος φεύγει πρὸς τὸν πατέρα· οὐδὲ τὸν βίον λιπόντος, δὲ παῖς ἐνδέχεται τὸν βασιλεύειν. Ταῦτης δὲ ἀτιθά, Κελτοὺς καὶ Γερμανοὺς, ἔθνη πρόσοικα καὶ βάρβαρα, κατεστρέψατο. Ἀσελγῶς δὲ καὶ βαρέως τῶν ὑπηκόων ἀρχεῖν Μαξεντίου μαθών (οὗτος δὲ δέρ' ἦν μετὰ Μαξιμίνου τῶν ἐν Ῥώμῃ καταστὰς κύριος), ἐστρά-

τευσεν ἐπ' αὐτὸν, δίκας τῆς εἰς τοὺς ἀρχομένους παρανομίας πραττόμενος. Καὶ μάχη νικήσας ἐς φυγὴν ἔτρεψε. Φευγὼν δὲ, ἦν τοῖς πολεμίοις αὐτὸς ἐδόλορράφει μηχανὴν, ταύτην ὕρατο τοῦ βίου καταστροφὴν, τῇ παρ' αὐτοῦ κατασκευασθείσῃ διώρυγγι περιπετεύον. Τὴν μέντοι τούτου κεφαλὴν τινες τῶν Ῥωμαίων ἀποτεμόντες καὶ ἔνιλα ἀρτήσαντες τὴν πόλιν περιεπόλευον. Κωνσταντίνῳ δὲ καὶ ἦδε δὲ καὶ βασιλεία προύμως καὶ χαρίσουσα προσεχώρησεν. Ἐπει δὲ καὶ Λιχίνιον ὡμῶς καὶ ἀπανθρώπως τοῖς ὑπηκόοις ἀποκεχρημένον ἐπιυθάνατο (οὗτος δὲ τῆς μοίρας ἔκεινης ἔβασιλευεν, ἦς Μαξιμίνος δὲ τὴν ἐπιδουλὴν Κωνσταντίνῳ διὰ τοῦ λέοντος προσενεγκάνων ἐπεστάτει, αὐτῷ τὸν βίον λιπόντος), οὐκ ἐνεγκών διμοφύλων ὕβριν ἀφόρητον, ἐστράτευεν ἐπ' αὐτὸν, τῆς τυραννίδος αὐτὸν εἰς τὸ βασιλικῷς ἀρχεῖν μετατησάμενος. Λιχίνιος δὲ τὴν τοῦ βασιλέως ἐπιστρατείαν ἀκούσας καὶ δείσας, ἔκρυπτε τε τὴν ὡμότητα φιλανθρωπίας προσγήματι, καὶ δρκούς ὑπέτεινεν, ἀγαθόν τε ἔσωτὸν τοῖς ὑπὸ χείρα παρατρέχοντι, καὶ δὲ ἔθει σπουδᾶς συντηρεῖν ἀπαραβάτους. Διὸ τότε μὲν δὲ βασιλεὺς ἀπέστη τοῦ πολεμεῖν. Ὁστερον δὲ, ἐπει κακία ἡρεμεῖν οὐχ οὐα τέ ἔστι, καὶ τῶν ὅρκων ἡφειδοκότα καὶ ἐς πᾶν κακότητος ἐληλαχότα καταπολεμήσας μάχαις κρατεραῖς, καὶ ἐν τῇ Νικομήδεια συγκλείσας ἐπολιόρκει. Κάκειθεν ἐν ἵκετου πρὸς βασιλέα καταψυγόντα σχήματι κατέλιπεν δὲ βασιλεία. Καὶ συνέθη τὸν μέγαν Κωνσταντίνον, τῆς μεγάλης ἀρχῆς τὸν δῖσιον ἐπικητούσης, εἰς ἔσωτὸν τὸν.

Lecti sunt Praxagorae Atheniensis *De gestis Constantini Magni historiarum libri duo*: quibus narrat Constantini patrem Britanniæ imperasse, Maximinum (*M. Aurelium Valerium Maximianum Herculium*) Romæ et ceteræ Italie atque Siciliæ regnum tenuisse; alterum vero Maximinum (*C. Galerium Valer. Maximianum*) Græciam, minoremque Asiam ac Thraciam occupasse; Diocletianum autem, qui ceteros astate anteibat, Bithyniam tenuisse; Arabia item et Africam atque Ægypti omnem oram, quam Nilus alluit (*an. 292*). Igitur Constantinus pater ad Diocletianum Nicomediam erudiendum misit. Aderat tum forte Maximinus ille (*C. Galerius Valerius Maximianus*), qui inferiori Asiae imperitabat. Is insidias adolescenti tendere animum inducens, ad pugnam cum fero leone inenundam eum composuit (*Idem narrat Zonaras II, p. 623 Bonn.*). Ille vero feram superans occidit, deprehensisque insidiis, ad patrem confugit; quo vita defuncto (*306 Juli. 25*), regnum filius excepit. Eo potitus Gallos et Germanos, gentes finitimas ac barbaras, in potestatem rededit. Cognito deinde impotenter ac tyrannice subditis imperare Maxentium (hic post Maximinum Romæ imperio potitus erat), expeditionem adversus eum suscepit, ponas tyrannidis quam in subditos exercebat, exacteratur. Mox prælio superior in fugam tyrannum convertit.

Ille vero fugiens, quem hostibus per dolum interitum machinatus est, ipse reperit, in soveam, quam aliis paraverat, delatus (*312 Oct. V. Zos. II, 16*). Hujus caput Romani a corpore resectum hastæque impositum per urbem gestarunt, et victori Constantino libentes se ac volentes etiam hujus regni incolas tradiderunt. Auditu rursum Liciniū quoque crudeliter et inhumane suis abuti (cui pars illa imperii obvenerat, quam Maximinus ille, qui Constantino per leonem insidias struxerat, usque ad mortem tenuerat), non ferens intolerandam civibus vim atque injuriam inferri, copias item contra hunc eduxit, quo tyrannidem legitimo commutaret imperio. Licinius vero intellecta in se expeditione, metu percusus immanitatem texit, humanitatisque speciem præferens jurejurando etiam se obstrinxit clementem deinceps subditis futurum, quæque fædere icto promisisset, integre servaturum. Quamobrem bello tunc imperator abstinuit. Postea tamen (ut conquiescere improbitas nequit) violati jurisjurandi reum atque in omne flagitorum genus delapsum, magnis præliis victum in Nicomedia urbe inclusum obsedit. Hinc supplicis habitu ad Constantium fugientem ademptum imperium est, et Constantino Magno traditum. Sic, magno imperio dignum desiderante imperatorem, Constantinus tandem quæ diximus regna sibi vindicavit. Patrium enim regnum jure hereditatis adiit, Ro-

εἰρημένας βασιλείας ἐπισπάσασθαι. Τῆς τε γὰρ πατρώας αἱληρονόμου ἔγένετο καὶ τῆς Ῥωμαίων, καταλύσας Μαξιμίνου (ι. Μαξέντιον), Ἐλλάδος τε καὶ Μακεδονίας καὶ τῆς κατὰ Ἀσίας, παραλύσας τῆς ἀρχῆς τὸν ἥρηντα Λικίνιον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἀλλῆς μοίρας, ἡς ἦρχε Διοχλητιανὸς, αὐτὸς ἀνεδήσατο τὸ κράτος. Οὐ γὰρ Λικίνιος καὶ ταύτην εἶχεν ὑφ' ἑαυτὸν, Μαξιμίνου πολέμου νόμῳ ἀφέλον, διὸ Διοχλητιανὸς διάδοχος ἐγεγόνει. Κρατυνάμενος οὖν καὶ μίαν δεῖξας τὴν σύμπασαν βασιλείαν, κτίζει τὸ Βυζάντιον ἐπώνυμον ἑαυτῷ. Φησίν οὖν διὸ Πραξαγόρας, καίτοι τὴν θρησκείαν Ἐλλην ὄν, διετέλεσθαι καὶ καλοκάγαθος καὶ παντὶ εὐτελεύματι πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότας δι βασιλεὺς Κωνσταντίνος ἀπεκρύψατο. Ἐν οἷς αὐτοῦ καὶ οἱ δύο συμπερινοῦνται λόγοι.

Ἐτος δὲ τῆς ἡλικίας ἦγε δεύτερον καὶ είκοστὸν Πραξαγόρας, ὡς αὐτὸς φησιν, ὅτε ταῦτα συνέγραψε. Συνεγράψατο δὲ διαφόρους, καὶ ἔτερα βιβλία δύο Περὶ τῶν Ἀθήνης βασιλευσάντων, ἔτος ἀνύων ἐννεακαιδέκατον. Συνέταξε δὲ καὶ ἔτερα βιβλία ἔξι Εἰς τὸν τῶν Μακεδόνων βασιλέα Ἀλεξανδρον, τριακοστὸν πρῶτον ἔλαύνων ἐνιαυτόν. Ἐστι δὲ τὴν φράσιν σαρῆς καὶ ἡδύς, διλύγον δὲ τοῦ δέοντος ἀτονώτερος. Κέχρηται δὲ Ἰωνικῇ διαλέκτῳ.

## BEMARCHIUS CÆSARIENSIS.

Suidas : Βημάρχιος, Καισαρεὺς ἐκ Καππαδοκίας. Οὗτος ἔγραψε τὰς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως πράξεις ἐν βιβλίοις δέκα, Μελέτας τε καὶ λόγους διαφόρους. Eadem Zonaras p. 386. Ex opere historico nihil servatum. Scripsit sub Constantio, cuius laudes (orationibus) celebrasse dicitur a Libanio De vita sua, tom I, p. 24 et 30 sqq. ed. R.

Subjecere liceat mentionem PALLADII METHONAEI, qui iisdem fere temporibus florens, librum *De festis Romanorum* scripsisse perhibetur. Sui-

manum everso Maximino (*Maxentio*), Ἡρακλεῖα denique et Macedoniae Asiaeque minoris exuto, ut diximus, regno Licinio; verum etiam ejus partis, cui Diocletianus præfuerat, imperium sibi adjunxit. Nam hanc quoque belli jure Maximino ademptam, qui Diocletiano successerat, tenebat Licinius. Victor itaque, et unum ex omnibus imperium conflans, mox Byzantium cognominem sibi civitatem fecit. Refert autem Praxagoras, quamquam gentilis homo est, omni virtutum atque honestatis genere omniisque felicitate cunctos qui antecesserint imperatores obscurasse Constantinum. In his duo ipsius Historiarum libri terminantur.

Ceterum annos natus erat duos et viginti Praxagoras, ut de se ipse testatur, quum hæc commentatus est. Scripserat etiam *De regibus Athenarum* libros duos, annum agens undevicesimum. Porro libros sex *De rebus gestis*

das : Παλλάδιος, Μεθωναῖος, σοφιστής. Γέγονε δὲ ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως. Περὶ τῶν παρὰ Ψωματοῖς ἔορτῶν. Διαλέξεις. Αἴργους διαφόρους, Όλυμπιακόν, Πανηγυρικόν, Δικανικόν. Cf. Eudocia p. 352. Ad hunc, ut videtur, Palladium Libanius scripsit Ep. 573 etc. Adde Phot. cod. 132 : Ἀνεγνώσθησαν Παλλαδίου σοφιστοῦ μελέται διάφοροι, καὶ Ἀφθονίου καὶ Εὐσεβίου σοφιστοῦ καὶ Μαξίμου σοφιστοῦ Ἀλεξανδρέως. Ἀλλὰ τῶν ἀλλων διαφοροί κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν τὴν ἐν λόγοις ἐπὶ πλεῖστον διενήνοχεν. Cf. Westermann. *Gesch. d. gr. Bereds.* 93, 14.

## EUSTOCHIUS CAPPADOX.

Suidas : Εὔστοχιος, Καππαδόχης, σοφιστής. Εγράψε Τὰ κατὰ Κώνσταντα τὸν βασιλέα, καὶ Ἀρχαιολογίαν Καππαδοχίας καὶ λοιπῶν (num ἀλλων;) ἐθνῶν.

Archæologiam hujus scriptoris ante oculos habuit Stephanus Byz. : Παντικάπαιον, πόλις μεγίστη, τῶν κατὰ Βόσπορον μητρόπολις. Ωκισθή δὲ παρὰ Αἴγητο παιδός, λαβόντος τὸν τόπον παρὰ Ἀγανήτου τοῦ Σκυθῶν βασιλέως, καὶ καλέσαντος τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ παραρρέοντος ποταμοῦ Παντικαποῦ (Παντικάπαιον). Οἱ πολίταις Παντικαπαιεύς. Λέγεται καὶ Παντικαπαίτης. Εστι δὲ Παντικαπαιεύς ὡς ἀπὸ τοῦ Παντικάπη, ὡς τοῦ Σινώπη τὸ Σινωπέυς. Τὸ δὲ Παντικαπαίτης (Παντικάπη codd. Rhedig. et Salmas.) καίται παρὰ Εὔστοχιῳ.

Alius Eustochius est medicus et Plotini discipulus, qui scripta magistri ordinavit, de quo v. Porphyr. in Vit. Plotini c. 7. Eustochium Syrum e Palæstina rhetorem habes ap. Libanum Ep. 699 : Εὔστοχιον δίσθα που τὸν ἐκ Παλαιστίνης τὸν νόμων τε πλήρη καὶ τῇ τῶν λόγων ρώμῃ βοηθοῦντα τοῖς νόμοις.

Alexandri Magni Macedonum regis composuit, a statis anno primo et trigesimo. Stylus illi apertus est et jucundus, nonnihil tamen æquo languidior. Dialecto denique usus est Ionica.

Panticapœum, urbs maxima, earumque quæ in Bosporo sunt metropolis, condita est ab Ἑετᾷ filio, qui locum illum ab Agaete Scytharum rege acceperat, nomenque urbi indidit a Panticape fluvio præterfluentu (cf. Herodot. 4, 18; Dion. 314; Mela, 2, 1, 5). Civis Panticapœensis (cf. Strabo 2, p. 74; 11, p. 494). Dicitur etiam Panticapœates. Formatur vero Panticapœensis, quasi ab urbis nomine Panticape; quemadmodum a Sinope fit Sinopensis. Forma Panticapœates vero reperitur apud Eustochium.

# MAGNUS CARRHENUS.

## EUTYCHIANUS CAPPADOX.

Magnus, ex Carrhis Mesopotamiae urbe oriundus, et Eutychianus Cappadox Juliani imperatoris expeditionem Persicam, cui uterque interfuerat, literis tradiderunt. Et Eutychianus quidem in bello isto dux Armeniorum fuit, testante Joanne Mala. Magnus autem, ni fallor, idem est cum Magno tribuno, cuius Zosimus (III, 22, 8) et Ammianus Marcellinus (XXIV, 4, 24) de Ctesiphontis urbis oppugnatione agentes mentionem faciunt. De alio quodam Magno, Nisibeno ex Mesopotamia, iatrosophista, qui historici nostri fere aequalis fuit, vide Eunapium in Vit. Sophist. p. 103 ed. Boissen. et Theophilum De urin. proem. Eutychianus, nescio num idem cum nostro an diversus ab eo, laudatur apud Codinum De orig. Constantiop. p. 18 ed. Bonn., ubi quae de Byzantii muris Constantinianis et de encanis urbis leguntur, ea ita se narrasse auctor dicit, καθὼς ἴστοροῦσι Εὐτυχιανὸς πρωτοσηκρήτης δὲ γραμματικὸς (\*) καὶ Εὐτρόπιος δοσφιστῆς, δὲ τῷ παραβάτῃ Ἰουλιανῷ συμπαρὸν ἐν Περσίδι, καὶ ἐπιστολογράφος Κωνσταντίνου (sic cod. Vat.; δὲ ἐπ. Κωνσταντίνος νγο) Ἐλεύσιός τε διάκονος δ φιλόσοφος, Τρωίλος δέ δρήτωρ, δ πολλὰς ἀργάς μετὰ δόξης ἀνύσσας, καὶ Ἡσύχιος δ ταχὺ γράφος. Οὗτοι πάντες αὐτόπται γενόμενοι τῶν τηνικαῖτα πραχθέντων ἀχρίσις ταῦτι συνεγράψαντο. — Qui hoc loco præter Eutychianum et Eutropium citantur Eleusi, Troilus et Hesychius notarius, num historias scripserint, parum liquet. Troilus, quem aliunde novimus, de Constantinopoli urbe a Constantino exornata in *Orationibus* disseruisse videtur. Suidas: Τρωίλος, σοφιστῆς, παιδεύσας ἐν Κωνσταντίνου πόλει. Λόγους πολιτικούς, ἐπιστολῶν

(\*) Ab hoc Eutychio genus duxerit Εὐτυχιανὸς δέ νέος, qui Agathie auctor suasorique fuit scribendæ historiæ, ἀντὶ τὰ πρώτα τελῶν ἐν τοῖς τῶν βασιλέων ὑπογραφέστος, καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθὸς καὶ ἀγχινούστατος, παιδείας τε ἀποχρώντως ἔχων, καὶ τοῦ τῶν Φλωριδῶν γένους ἀριστον ἐγκαλλώπισμα γεγνημένος (Agathias proem. p. 7, 18 ed. Bonn.).

Imperator Julianus contra Sabburarsacen (*Saporem Arsacen*), Persarum regem, exercitum ducens, Hierapolim venit, missis in Samosata Euphratesiæ urhem, qui navigia fabricarent, partim lignea partim coriacea, uti tradit saientissimus Magnus Carrhenus chronographus, qui hoc bello sub Juliano militavit. Hierapoli discedens imperator Carrhas venit; hinc via sese in duas partes findit, quarum

βιβλία ζ. Troili Prolegomena in Hermogenem edit Walz. in Rhett. Gr. tom. VI. Ceterum Troilus Sidetes (Socrat. II. Eccl. VII, 27) non Constantini Magni aequalis fuit, uti Georgius Codinus dicit, sed initio saeculi quinti, sub Theodosio II floruit. Nam amicus fuit Anthemii, qui pro Theodosio II puer Orientis regnum administravit (an. 408 sqq. Vide Socrates VII, 1 et 27; Synesius Epist. 73; Tillemont *Hist. des emp.* VI, p. 4. 9). Eadem rhetoris ætatem inde colligis quod Socrates VI, 6 (ex eoque Nicephorus Callist. XIII, 6) Eusebium, quo tempore carmen de rebus Gainæ Gothorum ducis (qui mortuus est post an. 400) scripserit, Troilum sophistam audiisse refert. Jam quum de Troili ætate errasse Codinum pateat, fortasse etiam de Hesychio similiter lapsus est. Certe constat pleraque, quæ de Constantinopolitanis originibus Codinus tradit, ex Hesychii Milesii Illustris Chronicorum libro sexto esse descripta, adeo ut proclivis sit conjectura hunc ipsum Hesychium Milesium, qui Anastasii et Justiniani temporibus vixit, a Codino laudari. Ceterum si duos Hesychios, alterum notarium, alterum illustrem, distingui malueris, per me licebit.

### (DE JULLIANI BELLO PERSICO.)

Malalas Chron. p. 328, 20 ed. Bonn.: Καὶ κατέλον δι αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανὸς κατὰ Σαββουραράκου, βασιλέων Περσῶν, κατέρθισεν ἐν Ἱεραπόλει· καὶ πέμψας κατεσκεύασε πλοῖα ἐν Σαμοσάτοις, πόλει τῆς Εὑφρατησίας, τὰ μὲν διὰ ἔλων, τὰ δὲ διὰ βυρσῶν, ὡς δοσφύτας Μάγγος εἰδόχρονογράφος Καρρηνὸς, δι συνὸν αὐτῷ Ἰουλιανῷ βασιλεῖ, συνεγράψατο. Ἀπὸ δὲ Ἱεραπόλεως ἐξελθὼν ἦλθεν ἐν Κάρραις τῇ πόλει· κακεῖθεν εὗρε δύο δόδοντας, μίαν ἀπάγουσαν εἰς τὴν Νίσιδιν πόλιν, ὅσαν ποτε Ῥωμαίων, καὶ ἀλλή ἐπὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν κάστρον τὸ λεγόμενον Κιρκήσιον, κείμενον εἰς τὸ μέσον τῶν δύο ποταμῶν τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Ἀβορρᾶ· Ἐπειρ ἔκτισε Διοκλητιανὸς, βασιλεὺς Ῥω-

una in Nisibin duxit, urbem Romanis olim subjectam; altera in Circesium tendit, castrum Romanum, quod Euphratem inter et Aboram fluvios medium, a Diocletiano exstructum est. Julianus itaque diviso exercitu, armatum sedecim millia Nisibin versus expedivit, sub Sebastiani et Procopii ductu; ipse autem ad Circesium castrum ducit iter. Ubi militum stationariorum sex millibus, quos ibi

μαίων. Καὶ μερίσας τὸν στρατὸν δὲ αὐτὸς βασιλεὺς πέμπει ἐπὶ τὴν Νίσιδιν ὀπλίτας ἄνδρας μυρίους ἔξαισχυλίους μετὰ δύο ἔξαρχων Σεβαστιανοῦ καὶ Προκοπίου. Καὶ κατέφθασεν δὲ αὐτὸς Ἰουλιανὸς τὸ Κιρκήσιον κάστρον· καὶ ἔστας καὶ ἐν τῷ Κιρκήσιῳ κάστρῳ, δύσους εὗρεν ἔγκαθέτους στρατώτας ἔξαισχυλίους, προσθεὶς αὐτοῖς καὶ ἄλλους ὀπλίτας ἄνδρας τετρακισχιλίους μετὰ ἔξαρχων δύο Ἀκαρέους καὶ Μαύρου. Καὶ ἔζηθεν ἔκειθεν, καὶ παρῆλθε τὸν Ἀδροράν ποταμὸν διὰ τῆς γεφύρας, τῶν πλοίων φθεσάντων εἰς τὸν Εὐφράτην ποταμὸν· δῶντινων πλοίων ὑπῆρχεν δὲ ἀριθμὸς διακοσίων πεντήκοντα. Καὶ συναθροίσας τὸν ἴοιν αὐτῷ στρατὸν, ἔχων μεθ' ἑαυτῷ Ἀνατόλιον μάγιστρον καὶ Σαλούστιον ἐπαρχον πρωταρίων καὶ τοὺς στρατηλάτας αὐτοῦ, ἀνελθὼν ἐν ὑψηλῷ βήματι δὲ ἑαυτῷ προσεφώνησε τῷ στρατῷ, ἔπαινῶν αὐτοὺς καὶ προτρεπόμενος προθύμως καὶ σωφρόνως ἀγωνίσασθαι κατὰ Περσῶν. Καὶ εὐθέως ἐμβαίνειν εἰς τὰ πλοῖα ἐπέτρεψέν, εἰσελθὼν καὶ αὐτὸς δὲ βασιλεὺς εἰς τὸ εὐτρεπισθὲν αὐτῷ πλοῖον, καὶ προηγεῖσθαι αὐτῶν προστοκουλάκοτρας προσέταξεν ἄνδρας γενναίους ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν λαγκιαρίων καὶ ματτιαρίων χιλίους πεντακοσίους, κελεύσας βαστάζεσθαι καὶ τὰ σίγνα αὐτοῦ καὶ τὸν κόμητα Λουκιανὸν (*sic etiam Zosim. III, 14, 3. Λουκιλλιανὸν sec. Ammian.*), ἄνδρα πολεμικώτατον, εἶναι σὺν αὐτῷ, διστις καὶ πολλὰ κάστρα Περσικὰ παρὰ τὸ Εὐφράτην κείμενα καὶ ἐν μέσῳ τῶν ὑδάτων ἐν νήσοις ὅντα ἐπόρθησε καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς ὅντας Πέρσας ἀνεῖλε. Βίκτορα δὲ καὶ Δαγαλαῖφον κατέταξεν διπισθεν τῶν λοιπῶν πλοίων εἶναι καὶ φυλάττειν τὰ πλήθη. Καὶ κατῆλθεν δὲ βασιλεὺς μετὰ τοῦ στρατοῦ παντὸς διὰ τῆς μεγάλης διώρυγος τοῦ Εὐφράτου τῆς μισγούσης τῷ Τίγρητι ποταμῷ· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν

αὐτὸν Τίγρητα ποταμὸν, ὃπου μίγνυνται οἱ δύο ποταμοὶ καὶ ἀποτελοῦσι λίμνην μεγάλην. Καὶ παρέβαλεν εἰς τὰ Περσικὰ ἐν τῇ χώρᾳ τῶν λεγομένων Μαζανῖτου πλησίον Κτητισθῶντος πόλεως, ἔνθα ὑπῆρχε τὸ Περσικὸν βασιλεῖον· καὶ ἐπικρατῆς γενόμενος Ἰουλιανὸς δὲ βασιλεὺς ἐσκήνωσεν ἐν τῇ πεδιάδι τῆς αὐτῆς πόλεως Κτητισθῶντος, βουλόμενος μετὰ τῆς ἰδίας συγκλήτου καὶ ἔνας Βασιλιάνος εἰσελθεῖν καὶ παραλαβεῖν τὰ ἔκειται. Οἱ δὲ βασιλεὺς Σαββουραράσακιος ὑπονομήσας ὅτι διὰ τῆς Νισίδεως ἡρχετο δὲ βασιλεὺς Ῥωμαίων Ἰουλιανὸς, ὥρμησε κατ' αὐτοῦ μετὰ τοῦ πλήθους αὐτοῦ παντός. Ἀπαγγελθέντος δὲ αὐτῷ ὅτι διπισθεν αὐτοῦ ἐστιν δὲ βασιλεὺς Ῥωμαίων Ἰουλιανὸς παραλαβὼν τὰ Περσικὰ μέρη, καὶ ὅτι ἐμπροσθεν αὐτῷ ἀπαντῶσιν οἱ στρατηγοί· τῶν Ῥωμαίων καὶ πλήθη πολλὰ, καὶ γνοὺς ὅτι ἐμεσάσθη, φεύγει εἰς τὴν Περσαρμενίαν, δόλῳ πέμψας δύο συγκλητικοὺς αὐτοῦ καὶ αὐτοὺς κατὰ ἴδιαν βούλησιν δινοτομήσας πρὸς Ἰουλιανὸν τὸν βασιλέα Ῥωμαίων, ἵνα πλανήσασιν αὐτὸν, πρὸς τὸ μὴ καταδιωγθέντα αὐτὸν φθασθῆναι. Οἱ δὲ δινοτομηθέντες Πέρσες (*sic*) ἤλον πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμαίων προδοῦναι, φασίν, θέλοντες τὸν βασιλέα Περσῶν, ὡς τιμωρησάμενον αὐτούς. Ἀπατηθεὶς δὲ παρ' αὐτῶν ἐπομνυμένων δὲ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανὸς ἤκολούθησεν αὐτοῖς μετὰ τοῦ ἴδιου στρατεύματος· καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον καὶ ἄνυδρον ἐπὶ μίλια ρ', πλανήσαντες αὐτοὺς, τῇ εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ Δαιστοῦ τοῦ καὶ Ἰουνίου μηνός. Καὶ εὐρὼν (*εὔρον?*) ἔκει τείχη παλαιά πεπτωκότα πόλεως λεγομένης Βουδίων, καὶ ἀλλο δὲ χωρίον, ἐστώτων μὲν τῶν οἰκημάτων, ἔρημον δὲ ἦν, διπερ ἐλέγετο Ἀσία· ἔνθα ἐλθὼν δὲ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς καὶ διὰ πόλεων στρατοὺς τῶν Ῥωμαίων ἔκει ἐσκήνωσεν. Ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς τόποις

invenit, ipse quattuor millia militum alia adjecit, Accameo (*Machamæo sec. Ammian. xxv, 1, 2*) et Mauro ducibus constitutis. Inde autem discedens, Aborreæ fluminis ponte trajecto, classem suam, 1250 naves numero habentem, per Euphratem adventantem reperit. Tunc vero in unum coactis copiis cum Anatolio magistro et Salustio praefecto praetorio, consenso alto suggestu, exercitum allocutus est, et fortia ejus facta deprædicans, ut paratissimo optimoque animo contra Persas in aciem descenderent hortatus est. Post hæc statim navigia condescendere jussis omnibus, ipse quoque in paratam sibi navem ingressus est; præmissis qui exploratores essent, quingentis ex numero lanceariorum et mattiariorum fortissimis viris; vexilla quoque sua sibi præferri jussit, et Lucilianum comitem, virum bellicosissimum, secum habere voluit. Hic plurima Persarum castra Euphrati confinia, et quæ medias inter aquas in insulis sita erant, vastavit, Persis custodibus eorum trucidatis. Extrema vero classis curam Victori et Dagalaipho demandavit. Et descendit rex cum exercitu universo per magnum canalem, quo Euphrates Tigridi miscetur, atque in Tigridem, ubi mixti duo illi fluvii ingentem alveum efficiunt. Et in Persidis regionem perrexit, quæ Mauzanitarum vocatur, a Ctesiphonte non procul, ubi reges Persarum sedes suas habuerunt. Figebat autem victor imperator Julia-

nus tentoria sua in ipsa Ctesiphontis planicie, in animo habens ad Babylonem usque cum primoribus suis penetrare eamque subjugare. Persarum vero rex Sabburarsaçis existimans imperatorem Romanum per Nisibim iter instituisse, copiis suis omnibus instructis, adversus eum proficisciçitur. Certior autem factus Julianum sibi a tergo esse regiones Persicas occupantem, a fronte autem Romanos duces cum exercitu magno se adorturos instare: mediis se hostibus inclusum sentiens in Persarmeniam fugit, cavensque sibi ne ab hostibus prehenderetur, ex primoribus suos duos, naribus proprio illorum ex consensu abscessis, dolose mittit, qui Julianum in avia abducerent. Duo itaque hi imperatorem Romanorum adeuntes, Persarum ei regem, ob illatas sibi injurias, se prodituros esse dicebant. Quumque juramento sese in hoc obstrinxissent, imperator dolis eorum delusus, ipse cum exercitu hos ilineris duces secutus est. Et per errores duxerunt eum in deserta et aquæ carentia ad milliaria centum quinquaginta, die vicesima quinta Dæsii sive Junii mensis. Invenerunt ibi moenia quedam antiqua et collapsa urbis, quæ Bubia olim vocabatur, et aliud quoddam castellum, Asiam nomine, quod domicilia quedam adhuc stantia habebat, sed desertum erat. Ibi imperator cum exercitu considens, castra posuit, sed nec miliū cibum, nec ju-

## MAGNI ET EUTYCHIANI FRAGMENTA.

γενόμενοι ἐλίποντο τροφῶν, καὶ οὐδὲ τοῖς ἀλόγοις ὑπῆρχε βοτάνη· ἦν γὰρ ἔρημια· καὶ γνοὺς δὲ πᾶς στρατὸς Ῥωμαίων ὅτι ἀπατηθεὶς δὲ βασιλεὺς ἐπλάνησεν αὐτοὺς καὶ εἰς ἔρημους ἥγαγε τόπους, εἰς πολλὴν ἀταξίαν ἐτράπησαν. Τῇ δὲ ἔξῃς ἡμέρᾳ μηνὶ Ἰουνίου καὶ, ἀγαγὼν τοὺς πλανήσαντας αὐτὸν Πέρσας ἔξήτασεν αὐτούς· καὶ ὡμοιόγησαν λέγοντες ὅτι « ὑπὲρ πατρίδος καὶ τοῦ βασιλέως ἡμῶν, ἵνα σωθῆ, ἐδώκαμεν ἡμᾶς ἑαυτοὺς εἰς θάνατον, καὶ ἐπλανήσαμεν ὑμᾶς· ἰδοὺ οἱ δοῦλοι σου ἀπεθάνομεν. » Καὶ ἀπεδέξατο αὐτοὺς μὴ φονεύσας αὐτούς, ἀλλὰ δοὺς λόγον αὐτοῖς, ἵνα ἐκβάλωσι τὸν στρατὸν ἐκ τῆς ἔρημου χώρας. Καὶ περὶ ὧραν δευτέραν τῆς αὐτῆς ἡμέρας δὲ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς παριὼν τὸ στράτευμα καὶ δυσωπῶν αὐτοὺς μὴ ἀτάκτως φέρεσθαι ἐτρώθη ἀδήλως· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν ἴδιον παπυλεῶνα διὰ τῆς νυκτὸς τελευτῇ, ὡς δ προγεγραμμένος Μάγνος ἔξθετο.

Εὐτυχιανὸς δὲ ὁ γρονογράφος δ Καππάδοξ, στρατιώτης δὲν καὶ βικάριος τοῦ ἴδιου ἀριθμοῦ τῶν Πριμοαρμενιακῶν, παρὼν καὶ αὐτὸς ἐν τῷ πολέμῳ, συνεγράψατο ὅτι κατελθὼν δ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανὸς μονάς εἴ' ἐπὶ τὰ Περσικὰ μέρη διὰ τοῦ Εὐφράτου εἰσῆλθε

καὶ ἐπικρατής γενόμενος καὶ νικήσας πάντας παρέλαβεν ἔως πόλεως λεγομένης Κτησιφῶντος, ἔνθα δ βασιλεὺς Περσῶν ἐκάθητο, ἐκείνου φυγόντος ἐπὶ τὰ μέρη τῶν Περσαρμενίων, καὶ βουλομένου μετὰ τῆς ἴδιας συγκλήτου καὶ τοῦ στρατοῦ αὐτοῦ ἔχρι τῆς Βασιλῶνος τῇ ἔξῃς δρμῆσαι καὶ ταύτην παραλαβεῖν διὰ τῆς νυκτός. Καὶ ὡς καθεύδει, εἶδεν ἐν δράματι τινὰ τελείον ἀνδρα ἐνδεδυμένον ζάδαν καὶ εἰσελθόντα πρὸς αὐτὸν εἰς τὸν παπυλεῶνα αὐτοῦ πλησίον τῆς πόλεως Κτησιφῶντος ἐν πόλει λεγομένῃ Ἀσίᾳ, καὶ κρούσαντα αὐτὸν λόγχῃ· καὶ πτονθεὶς ἔξυπνοςθεοῦ χράξας· καὶ ἔξανεστησαν οἱ κουβίκουλάριοι εὔνοῦχοι καὶ σπαθαρίοι καὶ δ στρατὸς δ φυλάττων τὸν παπυλεῶνα, καὶ εἰσελθόντες πρὸς αὐτὸν μετὰ λαμπάδων βασιλικῶν· καὶ προσεγκηκός Ἰουλιανὸς δ βασιλεὺς ἑαυτὸν σφραγέντα κατὰ τῆς μασχάλης ἐπηρώτησεν αὐτούς· « Πῶς λέγεται ἡ κώμη ὃπου ἔστιν δ παπυλεών μου; » καὶ εἶπον αὐτῷ ὅτι Ἀσία λέγεται. Καὶ εὐθέως ἔκραξεν· « Ὡ Ήλιε, ἀπώλεσας Ἰουλιανόν. » Καὶ ἔκχυθεὶς τὸ αἷμα παρέδωκε τὴν ψυχὴν ὧραν νυκτερινὴν πέμπτην (ἔτους κατὰ Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην χρηματίζοντος οὐα').

mentis pabulum in tam deserto loco invenire potuit. Exercitus itaque totus quum intelligeret ab imperatore transfugaram dolis deluso se in loca inculta abductum esse, tumultus statim ciebat maximos. Die autem sequente, nempe Junii vicesima sexta, imperator Persas illos, errorum auctores, coram adduci jussit. Interrogati « Nos, aiebant, pro rege ac patria morti nos addicentes fraudem vobis fecimus. Ecce servi tui ad necem parati sumus. » Imperator vero ita eos exceptit, ut salvos fore fide data promitteret, modo exercitum suum ex deserto deducere. Et circa horam secundam ejusdem diei Julianus imperator, dum exercitum lustrans militem ut ordinem servaret hortatur, ab incerta manu vulneratus est. Et in tentorium suum regressus eadem nocte vitam finivit, uti *Magnus*, quem supra commemoravi, tradidit.

Eutychianus autem chronographus, Cappadox, et ijsse expeditionis illius socius et vicarius cohortis suae Primoarmeniorum, scriptum reliquit Julianum imp., emenso quindecim dierum itinere, in regiones Persicas per Euphratem

penetrasse; ubi bello superior factus et ubique victor omnia subegit usque ad Ctesiphontem urbem, regni Persarum sedem regiam, rege ipso in Persarmeniam fuga elapsi. Sequentem autem die, primoribus et exercitu stipatis, Babylonom usque penetrare destinaverat, urbem cam de nocte aggressurus. Inter dormiendum vero per somnum vidit virum quandam adultum, lorica indutum, qui tentorium regium in Asia, urbe Ctesiphonti vicina, erectum ingressus, hasta eum percussit. Ipse autem horrore expergesfactus exclamat: confessim igitur consurgentes cubiculari eunuchi et spatharii quique ad tentorium regis excubias agebant milites, cum lampadibus regiis ad eum ingressi sunt. Julianus autem imp., quum animadvertisset se sub axilla letale vulnus accepisse, de vici nomine, ubi positum erat tentorium, sciscitus est. Asiam vero vocari respondentibus illis, elata statim voce exclamavit: « O Sol, Julianum perdidisti! » Et effuso sanguine animam efflavit, hora noctis quinta anno aerae Antiochenæ 411.

# EUNAPIUS SARDIANUS.

Eunapius Sardianus, rhetor et historicus, natus est circa annum 347 p. C. Cognatus fuisse videtur Eunapii ejus, qui ipse quoque haud infimi nominis rhetor, a Lydis missus ad Julianum imperatorem legatione non absque laude perfunctus est (360 p. C.). Vide Eunap. fr. 15 et 45. Nostrum in Asia puerum eruditivit Chrysanthius, sophista et theologus gentilis, qui Melitam, consobrinam Eunapii, in matrimonium duxerat, quemque Julianus, antequam ad expeditionem Persicam proficeretur (362), summum Lydiæ pontificem constituit (\*). Jam prima hac institutione Eunapio inculcata fuerit superstitiosa ista doctrina, miraculorum consecratrix, quam inter gentiles philosophos tum maxime vigentem, contra Christianos tueri, moderate tamen, Chrysanthius studebat. Etatis anno decimo sexto (an. 362) ex Lydiam juvenis in Græciam iter suscepit (\*\*), ut Athenis se in disciplinam daret Proæresii, qui senex tunc octogenarius inter Athenienses sophistas principem locum obtinebat. In ipsa autem navigatione Eunapius febri corruptus vehementi, adeoque vi morbi prostratus est, ut, appulsa nave, manibus popularium suorum, quos itineris socios habuerat, e Piræo in urbem ædesque Proæresii deportatus sit. Ibi morbo ingravescente quum de salute Eunapii

(\*) Eunapius Vit. Chrysanth. init. p. 117 ed. Boiss. : Ταῦτη τῆς γραφῆς αἴτιος ἐγένετο Χρυσάνθιος, τὸν τε γράφοντα ταῦτα πεπαιδευκὼς ἦν παιδός, καὶ διαστακῶς εἰς τέλος, ὥσπερ νόμον τινὰ, τὴν περὶ αὐτὸν εὑνοιαν.

Idem Vit. Maximi p. 56 : ... Χρυσανθίῳ γυναῖκα εἶναι... Μελιτήν ὄνομα ἔχουσαν καὶ ὑπ' αὐτοῦ θευμαζομένην διαφερόντως, τοῦ δὲ ταῦτα γράφοντος ἀνεψιάν.

Idem ib. p. 57 : Ἀρχιερέα δὲ ἀποδεῖξας (Ιουλιανὸς) τὸν τε ἀνερα (Χρυσάνθιον) καὶ τὴν γυναῖκα τῆς Λυδίας, καὶ ὑπ' ἐκείνοις ἐπιτρέψας εἶναι τῶν ἀλλών τὴν αἵρεσιν, αὐτὸς ἐπὶ τὸν Πειραικὸν συνήγετο πόλεμον.

Idem Vit. Chrysanth. p. 111 : 'Ο δὲ Χρυσάνθιος τὴν ἀρχιερωσύνην τοῦ παντὸς ἔθνους λαβὼν κτλ.

(\*\*) Eunap. Vit. Proæres. p. 74 : Διέβαλε μὲν γὰρ δια ταῦτα συντίθειες ἐξ Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην καὶ Ἀθήνας, τελῶν εἰς ἔκτον καὶ δέκατον ἔτος. — Idem ib. p. 92 : Ιουλιανοῦ δὲ βασιλεύσαντος, τόπου τοῦ παιδεύεντος ἔξειργόμενος (Προαιρέτιος, an. 362) — ἐδόκει γὰρ εἶναι Χριστιανός — σοφίᾳ τινὶ πειρήσθε τὴν πράγματιν... Ο δὲ συγγραφεὺς κατὰ τούτον τὸν χρόνον εἰς ἔκτον που καὶ δέκατον ἔτος τελῶν παρῆλθε τε εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ τοῖς δύμιλήτας ἐγκατεμίγη. — Idem Vit. Maximi p. 58 : Καὶ δια ταῦτα γράφοντα ἐπαιδεύετο κατ' ἐκείνους τοὺς γρόνους (quibus Julianus expeditionem Persicam suscepit), παῖς ὁν καὶ εἰς ἐφήβους ἀρτὶ τελῶν. — Eunap. Histor. fr. 8 : Κομιδὴ γὰρ ἦν ὁ γράφων τάδε παῖς, ἡνίκα ἔθεσθέντεν (Ιου-

jam desperarent, Αἰσχίνες Χίος medicus os moribundo per vim aperuit et iisque medicamentum infudit, quo alvus descendit copiosius, levatusque Noster τὸν ἀέρα εἶδε καὶ ἐπέγνω τοὺς οὐκείους. Sanitati restitutus, balneoque, quo initiari novitii discipuli solebant, a Proæresii alumnis purgatus, collegio scholasticorum adscribitur. Paterno deinceps amore Sardianum juvenem magister amplexus est, meritaque ejus Eunapius grati animi pietate rependit (Vit. Soph. p. 74-76). Quadriennio post, sive ætatis anno vicesimo, arcana doctrinae theurgicæ, quæ a Iamblichio est profecta, Eunapio reclusa sunt (\*). Eodem fere tempore, opinor, mysteriis Eleusiniis initiatus est (\*\*). Deinde, postquam per quinque jam annos Athenis commoratus erat, in Ἀἴγυπτον (Alexandriam) se conferre statuit, verum a parentibus in Lydiam revocatus est, ubi, hortantibus amicis, rhetoricen profiteri cœpit (\*\*\*) . Magisterio huic horas impendebat matutinas; deinde ad meridiem usque et ultra ex ore pendebat Chrysanthii, qui quem literarum elementis olim imbuerat, nunc in adyta sublimioris philosophiae suæ docendo introduxit (\*\*\*\*). Praeterea descendæ arti médicae Eunapius operam navavit. Nam aegrotanti quondam Chrysanthio seni quum venam incidere medici vellet, obstitisse se, idque saluti Chrysanthio fuisse dicit, addens : Οὐδὲ γὰρ ἀπειρος ιατρικῆς δι ταῦτα γράψων (Vit. Chrys. p. 119). Idem etiam ex Historiis colligas, in qua saepius metaphoris utitur ab arte medica repetitis. Denique Nostrum

(\*) Eunap. Vit. Soph. p. 20 : Ό γοῦν ταῦτα γράψων, ἐκ παιδὸς ἀπροσῆγη Χρυσάνθιος γενόμενος, μάλις εἰς εἰλικοτὸν ἔτος ἡξιούτο τῶν ἀληθεστέρων, οὔτω μέγα τι χρῆμα εἰς ἡμᾶς τῆς Ιαμβίκου φιλοσοφίας διετάθη καὶ συμπαρέτειν τῷ χρόνῳ.

(\*\*) Idem p. 52 : Τοῦ δὲ ιεροφάντου κατ' ἐκείνον τὸν χρόνον (sc. Juliani temp.) δοτίς ἦν τούνομα οὐ μοι θέμις λέγειν. ἐτέλει γὰρ τὸν ταῦτα γράφοντα.

(\*\*\*) Idem p. 92 : Ο δὲ συγγραφεὺς... ἀκαπτηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ (τοῦ Ηρωαρέτιον) καθάπερ παῖς γνήσιος, ἡπείρητο μὲν μετὰ πέμπτον ἔτος εἰς τὴν Αἴγυπτον, οἱ δὲ πατέρες καλοῦντες ἐπὶ Λυδίας ἐξενάσαντα κακείνῳ μὲν σοφιστικῇ προσκείτο.

(\*\*\*\*) Idem p. 114 : Τὸν δὲ ταῦτα γράφοντα ἐπαιδεύσας νέον ἦτα, ἡνίκα ἐπανῆλθεν Ἀθήνησθε, οὐκ ἔλαττον ἡγάπα, ἀλλὰ καὶ προστίθει καθ' ἡμέραν τῷ διασέροντι τῆς εὐνοίας, ἐς τοῦτο ἐκκινήσας, ὥστε τὰ ἔωθινὰ μὲν ὁ συγγραφεὺς ἐπὶ ὥρτορικοῖς λόγοις ἐτέρους συνῆν, καὶ τοὺς δεσμένους ἐπαίδευεν, μικρὸν δὲ ὑπὲρ μεσημβρίας ἐπαιδεύετο, παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐλὼν διδάσκαλον, τὸν θεοτέρους καὶ φιλοσόφους τῶν λόγων· ἡνίκα οὔτε ὁ παιδεύεντος ἔκαμψεν ἐρῶντι συνών, τῷ τε ἐκδεχομένῳ τὰ μαθήματα τὸ ἔργον ἦν πανήγυρις.

videbimus familiarem fuisse celeberrimi suæ ætatis medici, Oribasii, qui Chrysanthium morbo postremo laborantem tractavit (Eunap. Soph. p. 120). Nullusque dubito quin Noster sit Eunapius ille, cui τὸν Εὐπορίστων tetrabiblum Oribasius inscripsit. Præter allata de vita Eunapii nihil compertum habemus, nisi quod ad proiectam satis ætatem pervenerit. Nam in historiis scribendis occupatum adhuc fuisse post annum 414, senem septuagenarium, ex fragm. 87 consequitur.

Opera Eunapii novimus duo, *Bίους φιλοσόφων καὶ σοφιστῶν* et *Romanæ historiae libros quattuordecim*. In illo sermonem instituit de viginti tribus philosophis et sophistis, quorum major pars vel æquales Eunapii fuerunt, vel proxime ætatem scriptoris attigerunt. De plurimis pauca verba je-  
eis satis habet; nobiliores prolixiore quidem stylo prosequitur, ita tamen ut βιογράφου munus prorsus eludat. Neque ordinem rerum neque delectum curans, incompositam farraginem nebula in-  
volvit narratione, quam dicendi genere deturpat scabrosto isto et inepte picturato, quod tanquam nervosum simul et elegans ista ætas admirabatur.

Alterum opus, ἡ μετὰ Δέξιππον Ιστορία γρόντική, historiam Romanam continebat inde a Claudii II decessu (270 p. C.), in quem Dexippi Chronica desierant, usque ad Arcadii annum decimum (404 p. C.), quo Arsacius, pulso Johanne Chrysostomo, episcopalem Constantinopoli sedem occipavit, uxorque Arcadii Eudocia ex abortu mortua est (Vid. testim. Photii). Hæc annorum 134 historia per quattuordecim libros ita erat distributa, ut libro primo compendiaria ratione percurseret (διὰ τῶν ἀναγκαῖων ἐπιτρέψει, Eunapius ait) res annorum 85, qui a Claudio labuntur ad Julianum Cæsarem (271-355), dehinc ad argumentum, quod primo consilio sibi delegerat, accederet, et diducta narratione per reliquos libros tredecim historiam Juliani, Valentis, Theodosii et Arcadii usque ad annum 404 explicaret. Rursus in his quasi cardo exstitit beatum regnum Juliani. Hic lux est, reliqui umbra; hic candidus Graecorum Apollo; reliqui, τοῦ ἀνεσκολοπισμένου σοφιστῶν sectatores, atrum et averruncandum vulgus monachorum. Καὶ σχεδὸν τι, Photius ait, τὸ τῆς ιστορίας αὐτῷ εἰς τὸ ἔκεινον (Ἰουλιανοῦ) ἔγχώμιον συντεθὲν ἔξεπονθη. Idque ipse etiam Dexippus fatetur (fr. 1) : Καὶ πάντα γε εἰς τὸν Ἰουλιανὸν ἀναφέρειν ἔδοκει, δις ἔβασιλευσε μὲν ἐφ' ἡμῶν, τὸ δὲ ἀνθρώπινον αὐτὸν ὥσπερ τινὰ θέον προσεκύνουν ἀπαντεῖ. Et in procœlio libri secundi (fr. 8) : Φέρεται δὲ ἐντεῦθεν ὁ λόγος ἐφ' ὅπερ ἐφέρετο ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἀναγκάζει γε ἐν τοῖς ἔργοις ἐνδιατρίζειν ὥσπερ τι πρὸς αὐτὸν ἐρωτικὸν πεπονθότας. Geterum ad Juliani res posteritati man-

dandas non suo tantum ipsius impetu ferebatur, sed quotquot tunc doctrinæ laude eminebant, omnes absque remissione Eunapium instanter pre-  
cabantur, ut hanc provinciam vellet suscipere : præ ceteris autem Oribasius ille Pergamenus medicus, qui Juliani comes perpetuus consiliorumque omnium socius fuerat. Is enim, Eunapius ait, ἀσεβεῖ ἔδοι περιφανῶς, εἰ μὴ συγγράφοιμι, καὶ τῶν γε πράξεων (πάσας γὰρ ἡ πίστοτο παρὼν ἀπάσαις) μάλα ἀκριβῶς ὑπόμνημα συνετέλει πρὸς τὴν γραφήν (fr. 8).

Desinit opus in annum 404, uti monui. Quem quidem terminum operi non auctoris consilium sed fati necessitas posuisse videtur. Certe non percipio. ego cur Eunapius, quem post annum 414 in scribendo adhuc versatum esse scimus (fr. 47), in anno 404 subsistere, quam ad mortem usque Arcadii (408) narrationem, si licuisset, deducere maluerit. — Porro libros opéris quattuordecim non uno tenore Eunapius perscripsit, neque simul in publicum edidit. Etenim quum Eunapius in Vitis sophistarum Historias suas de rebus quæ ad Juliani, Valentis et Theodosii tempora pertinent, ita laudet ut eas tunc jam editas esse appareat (v. fr. 14. 19. 22. 25. 45. 55) : in Vita Prisci (fr. 65), ubi de Hilario loquitur, qui a Gothis sub Alaricho Græciam vastantibus (an. 396 p. C. Arcadii anno 1) occisus sit, ita habet : Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς διεξοδοῖς, ἐὰν τῷ δαίμονι δέξῃ, γραφήσεται. Igitur primum composuit Historias usque ad mortem Theodosii (270-395), ut videtur; deinde scripsit Vitas sophistarum (circa ann. 405); denique post annum 414 Historias suas continuavit, Arcadiique regnum additurus erat; quod consilium quominus ad exitum perduceret morte prohibitus esse videatur. — Quæ quum ita sint, putari possit τὴν νέαν Ιστορίας ἔκδοσιν, cuius tituli Except. De sentent. atque Photius mentionem faciunt, de opere ab ipso Eunapio retractato continuatoque debere intelligi. At quæ Photius refert in eam potius ducunt sententiam, ut nova ista recensio a Christiano aliquo bibliopola profecta sit, qui resectis convitiis, quibus religioni nostræ Eunapius insultaverat, emendatum sic et castigatum opus iterum edidit. Est hæc Niebuhrii sententia probabilissima. Ita habet vir clarissimus (Script. hist. Byz. tom. I, p. xix) : « Quum duplicem editionem Historiæ Photius vidiisset, Constantiniane eclogæ, ut inscriptio docet, e secunda sumptæ sunt, ubi loci pluri, in quibus scriptor rabido adversus Christianos odio effrenate indulserat, ita recisi essent, ut, Photio judice, hiantes lacuna apparerent, et sequentia plurima laborarent obscuritate. Cujus vitæ culpam Photius in Eunapium ipsum confert : con-

jecturane ductus an testimonio, non constat. Scriptorem mutilatum opus ita reliquisse, ut in his quæ manebant sensus laboraret, sane non probabile est. Ac fieri certe potest ut non ipse scriptor, sed bibliopola, indocti amanuensis opera, libros ab iis locis qui vendentibus periculum crearent liberare animum induxerit: qualia sunt expurgata, quæ vocant, exemplaria, quæ in regionibus ubi decreta concilii Tridentini recepta fuerunt, non raro occurrunt. »

De auctoritate Eunapii non est cur multus sim. Quemadmodum ab usu rerum civilium alienus fuisse videtur, sic in historiam intulit, quæ sedulo arcenda erant, rhetoris professionem atque studia et iram mentis præoccupatae. Hinc oratio ab limpida historia tranquillitate prorsus abhorrens; hinc tractationis genus epidicticum, quo spernitur ἡ ἀρχιτεκτonica historica tanquam humilius quid (\*); hinc denique, quod maximum est, judicia de rebus personisque perversa nullaque ad veri justique normam directa et ponderata. Ceterum quodsi Eunapius calamitates, quæ in Romanum imperium irruerunt, omnes ex spretis sacris majorum adscitaque Christianorum religione perperam sane repetendas esse censuit, ideoque Julianum in cœlum evexit, Christianos imperatores insanis conviciis oneravit: meminisse juvat quantopere in contraria partem peccaverint scriptores Ecclesiastici, qui Constantini, Juliani et Theodosii res literis consignarunt. Haud minimum igitur ad singula quæque recte trutinanda momentum afferret opus Eunapianum, si integrum ad nos perdurasset. Nunc acquiescendum nobis est in Excerptorum Constantinorum parte superstite et in Zosimo, quem in rebus ab Eunapio tractatis hunc ipsum sibi ducem selegisse et quodammodo in compendium redegisse tum diserte Photius testatur, tum ex reliquiis Sardiani nostri colligitur.

## TESTIMONIA.

Photius Bibl. cod. 77: Ἀνεγνώσθη Εὐναπίου Χρονικῆς ἱστορίας τῆς μετὰ Δέξιππον, νέας ἐκδόσεως, ἐν βιβλίοις τεσσαρεσκαίδεκα. Ἄρχεται μὲν τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς Κλαυδίου βασιλείσ, ἐς δὲ Δέξιππῳ ἡ ἱστορία καταλήγει, ἀποτελευτὴ δὲ εἰς τὴν Ὀνορίου καὶ Ἀρκαδίου τῶν Θεοδοσίου παιδῶν βασιλείαν, ἔκεινον τὸν χρόνον τέλος τῆς ἱστορίας ποιησάμενος, διὸ Ἀρσάκιος μὲν τοῦ χρυσοῦ τῆς ἐκκλησίας στόματος Ἰωάννου ἀπελαθέντος εἰς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνηγμένος ιεράτευεν, ἡ δὲ τοῦ βασιλεύοντος Ἀρκαδίου γυνὴ κατὰ γαστρὸς ἔχουσα καὶ ἀμβλώσασα τὸν βίον ἀπέλιπεν.

(\*) Sic chronologiae contemptorem se fatetur Eunapius (fr. 1)

Οὗτος δὲ Εὐναπίος Σαρδιανὸς μὲν γένος ἐστί (τὰς γὰρ ἐν Λυδίᾳ Σάρδεις ἔσχε πατρίδα) δυσσεῆς δὲ τὴν θρησκείαν ὃν (τὰ Ἑλλήνων γὰρ ἔτιμα) τοὺς μὲν εὐσεβεῖς τὴν βασιλείαν κοσμήσαντας παντὶ τρόπῳ καὶ ἀνέδην κακίζων διασύρει, καὶ μάλιστά γε τὸν μέγαν, Κωνσταντίνον, ἔξαρτει δὲ τοὺς δυσσεβεῖς, καὶ τῶν ἀλλων τέλεον Ἰουλιανὸν τὸ παραβάτην, καὶ σχεδόν τι τὸ τῆς ἱστορίας αὐτῷ εἰς τὸ ἐκείνου ἔγκλωμα συντεθὲν ἔξεπονθή. Ἔστι δὲ καλλιεπῆς τὴν φράσιν, εἰ περιέλοι τις αὐτῷ τῶν λόγων τὸ ἀλεκτρυονῶδες καὶ ἐλαφωδέστερον, καὶ συωδέστερον, καὶ δὴ καὶ τοὺς ἵερακώδεις, καὶ κορακώδεις, καὶ πιθηκώδεις, καὶ τὸ ποταμῶδες δάκρυον, καὶ τὰ δρυοια· τούτοις γὰρ καὶ τὴν ἀλλην τῶν ὄνυμάτων περιλυμαίνεται καὶ διανοθεύει εὐγένειαν. Καὶ τροπαῖς μὲν κέλρηται παραβόλως, διπερ δὲ τῆς ἱστορίας οὐκ ἔθελει νόμος, ἀφαιρεῖται δὲ τὸ λυποῦν ἡ τῆς λέξεως ἔμφασις τὰ πολλὰ καὶ ἀστειότης. Τῇ συνθήκῃ δὲ καὶ τῷ σαφεῖ πρὸς ἱστορίαν καὶ ταῖς περιόδοις συμμέτων καὶ οἰκείων ἔχει· πλὴν ἐνιακοῦ δικανικώτερου μᾶλλον ἡ ἱστορικώτερον μεστοῦ καὶ περιβάλλει τὸν λόγον. Νεωτερίζει δὲ οὐκ δίλγα καὶ περὶ τὰς συντάξεις, πλὴν οὐκ εἰς τὸ ἄγαρι, οὐδὲ εἰς τὸ ταῖς μεθόδοις λαβήν ἐπιδόντα.

Δύο δὲ πραγματείας τὴν αὐτὴν περιεχούσας ἱστορίαν συνεγράψατο, πρώτην καὶ δευτέραν. Καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πολλὴν κατὰ τῆς καθαρῆς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως κατασπέρει βλασφημίαν, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν ἀποσεμνύνει δεισιδαιμονίαν, πολλὰ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων καθαπτόμενος· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ἦν καὶ νέαν ἔκδοσιν ἐπιγράφει, τὴν μὲν πολλὴν ὕδριν καὶ ἀσέλγειαν, ἦν κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐπεκάδαζεν, διποτέμνεται, τὸ δὲ λοιπὸν τῆς συγγραφῆς σῶμα συνείρας, νέαν ἔκδοσιν, ὡς ἔφημεν, ἐπιγράφει, ἔτι πολλὰ τῆς ἔκειται λύστης ὑποφαίνουσαν. Ἀμφοῖν δὲ ταῖς ἔκδόσεσιν ἐν παλαιοῖς ἐνετύχουσεν βιβλίοις, ἰδίως ἐκατέραν ἐν ἔτερῳ τεύχει καὶ ἔτερῳ συντεταγμένην· ἐξ ὧν αὐτῶν καὶ τὴν διαφορὰν ἀναλεξάμενοι ἔγνωμεν. Συμβαίνει οὖν ἐν τῇ νέᾳ ἔκδοσει πολλὰ τῶν χωρίων διὰ τὰς γεγενημένας τῶν βρήτων περικοπὰς ἀστρῶν ἐκκεῖσθαι, καίτοι φροντιστής ἐστι τοῦ σαφοῦς· ἀλλ' ὅτῳ τρόπῳ λέγειν οὐκ ἔχω, μὴ καλῶς κατὰ τὰς περικοπὰς ἀρμόσας τοὺς λόγους ἐν τῇ δευτέρᾳ ἔκδοσει τὸν νοῦν λυμαίνεται τῶν διαγνωσκομένων. Ἐν οἷς καὶ τὸ τέλος.

Idem cod. 98, de Zosimo: Εἴποι δὲ ἂν τις, οὐ γράψαι αὐτὸν ἱστορίαν, ἀλλὰ μεταγράψαι τὴν Εὐναπίου, τῷ συντόμῳ μόνον διαφέρουσαν, καὶ διτὶ οὐχ, ὥσπερ ἔκεινος, οὕτω καὶ οὗτος Στελίγωνα διασύρει. Τὰ δὲ ἄλλα κατὰ τὴν ἱστορίαν σχεδόν τι διαβολαῖς. Δοκεῖ δέ μοι καὶ οὗτος δύο ἔκδόσεις, ὥσπερ κάκεινος, πεποιηκέναι· ἀλλὰ τούτου μὲν τὴν προτέραν οὐκ εἶδον· ἦν δὲ ἀνέγνωμεν, ἐπέγραψε νέας ἔκδόσεως, ἐξ ὧν συμβαλείν ἦν καὶ ἔτεραν αὐτῷ, ὥσπερ καὶ τῷ Εὔν-

πώ, ἔκδεδόσθαι. Σαρφὶς δὲ μᾶλλον οὗτος καὶ συντομώτερος, ὥσπερ ἔρημεν, Εὐναπίου· καὶ τοῖς τρόποις, εἰ μὴ σπάνιον, οὐ κεχρημένος.

## ARGUMENTUM.

**Fr. 1. LIBRI PRIMI**, qui usque ad Juliani Cæsaris tempora pertinet, proœmium. — 2. *Aurelianus*. Seleucis avis. — 3. *Probus* (Cremna in Lycia ob-sessa). — 4. *Carini* indeoles. — 5. *Diocletianus* fines imperii R. muris copiisque firmat. — 6. Jovii et Herculii, legionum nomina. — 7. Ablabius, præfectus prætorio, a Constantio supplicio afficitur (337). — 8. **LIBRI SECUNDI** proœmium. — **CONSTANTIUS ET JULIANUS CÆSAR**: 8 a. Constantius in Galliam ablegans Julianum Cæsarem, legatos rerumque omnium administratores ei addit Marcellum et Salustum (355). — 9. Julianus Germanos ad Argentoratum prælio fundit (357).

— 10. Julianus contra Chamavos proficiscens Saliis parcere jubet (358). — 11. Chariettōnem, latronem Gallum, socium sibi adjungit contra Quados. — 12. Pacem Chamavis petentibus concedit, obside retento filio regis captivo (358). — 13. Badomarius, Germanorum princeps, captivos Romanos Juliano restituere recusat (359). — 14. Constantii in Julianum invidia et insidiæ. Cylleenus quidam, qui Juliani res contra Alemanno gestas scripserat, ut veritatis parum studiosus ab ipso Cæsare redarguitur. — **JULIANUS IMPERATOR**: 15. Eunapius rhetor, legatus Lydorum, benigne ab imperatore excipitur (361). — 16. Juliani in judicis exercendis æquitas. — 17. Salustius aulæ præfector. Julianus Marcellum in honore habuit, etsi filium ejus coniuratio reum supplicio affecerit (362). — 18. Heraclium cynicum scripta oratione Julianus refutavit. — 19-22. Juliani expeditio Persica. Julianus Seytharum incursionses animo præsagitt. Ctesiphontis obsidio. — 23. Post mortem Juliani super creando principe consultatio. (Subjungitur στηλιτευτικὸς κατὰ Εὐναπίου.) — 24. Loci e laudatione Juliani petiti: Juliani ad Oribasium medicum vox; Solis adoratio. — 25. Libanum in deliciis habebat Julianus; in Proæresium infestior erat. — 26. 27. Oracula Juliano data. — 28. *E novi libri proœmio*. Ad suæ ipsius res ætatis describendas accedens auctor se veritatis studiosissimum fore pollicetur. — **JOVIANUS. VALENS et VALENTINIANUS** (363-378): 29. Valentinianus Nicæa in Bithynia imperator proclamatur (364). — 30. Salustius, præfector prætorio, homo integrissimus, a munere suo removetur. Valentinianus Rhodanum vel Chrysaphium archieunuchum judicio con-

45. Scriptor hic Ulyssem ait non circa Siciliam, sed ad extrebas Italiae oras oberrasse; et trajecto Oceano ad inferos descendisse, atque in eo mari variis illum erroribus jactatum suisse. Quod multis confirmare nititur. Nós et alios plures legimus in his cum illo consentientes.

46. Remissa est Constantinopoli a Theodosio Placidia cum liberis adversus Joannem tyrannum: et illa quidem Augustæ nomen, Valentinianus vero Nobilissimi titulum iterato suscepit (424). Submissus quoque exercitus, bellique imperator utriusque militiæ, Ardaburius nimirum cum Aspare filio, addito et tertio Candidiano. Ad Thessalonicam quum ventum esset, Helion officiorum magister, a Theodosio missus, Valentinianum in ipsa illa urbe Cæsaris veste induit, annos natum non amplius quinque (424). Quum autem ad

Italiā pervenissent, Ardaburius a tyranni militibus capitur, missusque ad illum amicitiam cum eodem init. Ejus interim filius, Aspar, una cum Placidia in magna rerum desperatione luctuque versabantur. Sed Candidianus, multis occupatis urbibus, partaque rebus bene gestis nominis claritate, luctum dissipavit animosque reddidit. Cæso dein Joanne tyranno (425), Placidia una cum Cæsare filio Ravennam init. Helion vero, magister et patricius, Romanum invasit, omnibusque eo confluenter, Valentinianum jam septennum veste induit imperatoria. In his Historiæ finis est.

2.

Ad Ravennam (quæ metropolis est Flaminiae; prisca sane civitas, colonia Thessalorum, Rhene dicta, quod eam aquæ ab omni parte circumfluent; non autem propterea, sicut Olympiodorus Thebæus ait, quod Remus, Romuli frater, eam condiderit), ad Ravennam igitur Stelichone jam parato ad Illyricas urbes cum exercitu adeundas, et Alarici auxilio ab Arcadio avertendas et Honorii regno adjiciendas, impedimenta duo contigit intervenire.

# PRISCUS PANITES.

Priscus, rhetor et sophista, in Chronico Paschali p. 588 (v. fr. 3 a) et ap. Theophanem p. 179 appellatur Θρᾷξ, apud Suidam Πανίτης dicitur. Unde colligitur oriundum fuisse Priscum ex eo Panio, quod est Thraciae oppidum, in ora Propontidis, haud ita longe ab Heraclea urbe distans (\*). De vita ejus nihil compertum habemus praeter ea quae ipse de se in Historiarum fragmentis nostris prodidit. Hinc docemur Priscum amicitia usum esse Maximini, summa dignitatis viri, cui ad Attilam legationem obeunti comitem se adjunxit (fr. 8 init. : ἐπὶ ταύτην τὴν πρεσβείαν ἐκλιπαρήσας πείθει με Μαξιμίνος αὐτῷ συναπῆραι, an. 448 p. C.), operamque in eo negotio præstitit eximiam. Priscus enim studio suo et industria effecit ut Attila, qui haud levi de causa Theodosio iratus aditum legato imperatoris denegabat, tandem flecteretur animo, conveniendique Maximino daret potestatem. Hæc sicuti reliqua, quæ ad legationem istam pertinent, narratione uberrima bona que frugis plenissima Priscus persequitur in fr. 8. — Paucis annis post (452), eundem Maximum in Arabiam et in Thebaidem Ægypti secutus est (v. fr. 20 et 21). Maximino ibi defuncto, rediens Priscus quum Alexandriam venisset, quo tempore urbs seditione laborabat, haud minimum consilii suis contulisse videtur, ut Rufus præfector rebellionem brevi posset restinguere (v. fr. 22). Deinde Euphemius, magister officiorum, Priscum assessorem sibi selegit (fr. 26). Denique Romam profectum esse, nescio quando, sive legatum sive comitem legati, ex fragm. 16 colligimus. Religione paganus fuisse videtur. Certe « Maximinus (Niebuhrius p. xxix ait) quum absque dubio paganus esset (Christianus enim nunquam animum induxisset, ut Blemmyis de sacris in Philarum insula celebrandis concederet, fœderis-

(\*) V. Suidas : Πάνιον, ὄνομα κύριον. « Ενθα καὶ κάστρον παρὰ αἰγαλῷ, δέ λέγεται Πάνιον, πρὸς τοὺς τῆς Ἡράκλειας μέρεστ. » Inter urbes Europæ, quæ est una ex Thracia provinciis, Panum recensent Constantinus Porphyrog. De them. II, p. 47, 4 Bonn. et Hierocles in Synecd. p. 390 ed. Bonn.; ad quem locum Wesselius notat hæc : « Maritimæ Thraciæ, αἱ παράλιοι τῆς Θράκης πόλεις, τὸ τε Πάνιον καὶ ἡ Ἡράκλεια, sunt in Cedreni Compend. p. 417; unde colligas haud multum Heraclea remotum fuisse oppidum. Clarius id videoes ex Suida v. Πάνιον, et ex concilio Ephesino p. 790, ubi Heraclea et Panium eundem episcopum habent. Postea tamen singulis episopis paruerunt; unde concilio Constantinopolitano 3 p. 500 Πρῆγμας ἐπίσκοπος Πάνιον τῆς Θράκην χώρας scribendo adfuisse dicitur. »

que tabulam in illo templo figeret, fr. 21), conjectura jam per se valde probabilis Priscum quoque antiquis sacris addictum fuisse, magis adhuc confirmatur. »

Scripta Prisci Suidas recenset Μελέτας ῥήτοριχάς et Ἐπιστολάς, tum vero Ἰστορίαν Βυζαντιανὴν καὶ τὰ κατὰ Ἀττήλαν ἐν βιβλίοις δύτω. Postremis non duo opera historica, sed unum idemque indicari recte statuit Niebuhrius. Similiter Excerpta De legationibus gentium inscribuntur : Πρίσκου ῥήτορος καὶ σοφιστοῦ Ἰστορίας Βυζαντιανῆς ἔχογατ, dum Excerptis De leg. Romanorum præfiguntur hæc : Πρίσκου ῥήτορος καὶ σοφιστοῦ Ἰστορίας Γοτθικῆς ἔχογατ. Nimirum prima historiarum pars quum præ ceteris pertineret ad res cum Gothis sive Scythis Hunnisque gestas, vel ab ipso auctore vel ab exceptore Ἰστορίᾳ Γοτθικῇ inscribi poterat.

De ambitu Historiarum ita Niebuhrius : « A quo tempore historiam incepit Priscus, expediri non potest : sed nullius rei, quæ ante annum 433 gesta sit, mentio ex eo affertur. Asparis filiorumque cædem, quæ an. 471, Leonis imp. an. 15 patrata est, a Prisco narratam esse, Euagrius (II, 16) docet : unde colligimus, quum Malchus annum 474, Leonis an. 17, historiæ suæ initium fecerit, Priscum ad eum substitisse. » Liber tertius pertinuit usque ad Maximum a legatione Hunnica Constantinopolim reducem (448 p. C.). Itaque in sequentibus libris quinque Priscus exposuit res annorum viginti sex. Jam quum probabiliter statuere liceat similem fuisse rationem librorum antecedentium, adeo ut quindecim ferme annorum res completerentur : verisimillimum est auctorem exordium historiarum sumpsisse ab anno 433, quo Attila regnum suscepit, ideoque primum fragmentum ex ipso fere operis initio esse desumptum. »

De indole et pretio historicæ nostri haud absurdæ summus Niebuhrius ita judicat : « Longe optimus omnium sequioris ævi historicorum; ingenio, fide, sapientia, nulli vel optimorum temporum posthabendus; elegans quoque et sermone satis puro usus, laudem atque gloriam quum apud coævos tum inter posteros merito adeptus est; cui etiam a Valesio et Gibbono, summis viris, laudari contigit. »

Reliquias scriptoris, præter pauca illa, quæ Euagrius, Theophanes, Jornandes et Suidas sup-

peditant, solis hucusque debemus Excerptis De legationibus, quæ ediderunt Ursinus, Schottus, Höeschelius, Cantoclarus, Valesius, Niebuhrius. At spes est fore ut parata haec novis accessionibus augeantur. Certe Minoidas Minae in eodem codice, ex quo Polybii, Dionysii, Polyæni, Dexippi et Eusebii nonnulla, quæ ex Constantino *Περὶ στρατηγικῶν* titulo fluxerunt, descriptis, etiam Prisci nostri excerpta duo se reperisse testatur. Addo denique quæ apud Vossium (Hist. Gr. p. 310 ed. Westerm.) leguntur : « Videtur autem (Priscus) hodie extare; sane citat eum Baptista Fulgosus in Memorabilium libris, inque bibliotheca Vaticana esse auctor est Raphael Volaterranus Anthropolog. lib. XIII. Superesse etiamnum aut in nomenclatore suo Rob. Constantinus. » Quæ eatenus vera esse puto, quatenus titulum aliquem Excerptorum Constantinianorum cum integro Prisci opere viri illi confuderunt.

#### TESTIMONIA.

Suidas : Πρίσκος, Πανίτης, σοφιστής, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ· ἔγραψεν Ἰστορίαν Βυζαντιακὴν (Βυζαντικὴν var. lect.) καὶ τὰ κατὰ Ἀττήλαν (Ἀτταλὸν codd.) ἐν βιβλίοις ὅκτῳ, Μελέτας τε ῥητορικὰς καὶ Ἐπιστολάς.

Euagrius Hist. Eccles. I, 17 : 'Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις δὲ πολὺς τῷ λόγῳ πόλεμος ἔχεικίνητο Ἀττίλα τοῦ τῶν Σκυθῶν βασιλέως, δὲ περιέργως καὶ ἐς τὰ μάλιστα λογίως Πρίσκος δὲ ῥήτωρ γράφει, μετὰ πολλῆς τῆς κομψείας διηγούμενος ὅπως τε κατὰ τῶν ἕθων καὶ ἑσπερίων ἐπεστράπευτε μερῶν, οἵας τε καὶ δύσας πόλεις ἐλών κατήγαγε, καὶ δύσα πεπραχώς τῶν ἐντεῦθεν μετέστη.

Idem II, 16 : 'Ἐκ πρεσβείας δὲ τῶν ἑσπερίων Ψωμαίων Ἀνθέμιος βασιλεὺς τῶν Ψωμαίων ἐκπέμπεται, δὲ Μαρκιανὸς δὲ πρώην βεβασιλευκῶς τὴν οἰκείαν κατηγγύησε παῖδα. Ἐκπέμπεται (an. 468) δὲ στρατηγὸς κατὰ Γιζερίου Βασιλίσκος, δὲ τῆς Λέοντος γυναικὸς Βηρίνης ἀδελφὸς, μετὰ στρατεύματος ἀριστεῖδην συνειλεγμένου. Ἀπερ ἀκριβέστατα Πρίσκω τῷ ῥήτορι πεπόνηται· ὅπως τε δόλῳ περιελθὼν δὲ Λέων, μισθὸν δισπερ ἀποδιδοὺς τῆς ἐς αὐτὸν προσγωγῆς, ἀναιρεῖ (an. 471) Ἀσπαρα τὴν ἀρχὴν αὐτῷ περιθέντα, παῖδάς τε αὐτοῦ Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιον, δὲ καίσαρα πεποίητο πρότερον, ἵνα τὴν Ἀσπαρος εὐνοιαν κτήσηται.'

#### ARGUMENTUM.

Fr. 1. Rua, Hunnorum rex, Eslam legatum ad Romanos mittit, bellum minitans, nisi transfugas reddant. Rua defuncto, Attilaque cum Bleda fratre succedente, Romani de pace servanda Plinthum et Dionysium legatos mittunt. Pacis conditions

Romanis ignominiosæ (433). — 2. Scythæ, violata a Romanis pacta prætexentes, trajecto Istro, Viminacium capiunt; Margus urbs ab episcopo iis proditur (442). — 3. Attila Scythas transfugas dedi sibi a Theodosio poscit. Illo recusante, fines vastat, castella nonnulla expugnat, Ratiariam urbem aggreditur (442). — 3 a. Cyrus, præfectus prætorio, a munere removet (442). — 4. Senator, vir consularis, a Theodosio legatus ad Attilammittitur. — 5. Post cladem in Chersoneso acceptam Anatolius ad Attilammittitur. Pacis ab Hunnis propositæ conditions durissimæ. Theodosius ut pactam pecuniam solveret, tributa exigit severe, novaque imponit. Asinuntii, qui soli Hunnis fortiter resistebant, paci isti accommodare se coguntur (447). — 6. Attila ex amicis suis, quos Romanorum donis ditare vellet, alios super aliis Constantinopolim mittit, vanas excogitans legationum occasions. Parthi, Vandali, Isauri, Saraceni Romanos vexant (447). — 7. Edecon Scytha Attilæ mandata de dedendis transfugis aliisque de rebus Theodosio nuntiat. Hunc Chrysaphius eunuchus inducit, ut redux Attilam de medio tollat. Theodosius Maximinum ad Attilammittit (448). — 8. Maximinus cum Bigila interprete et Prisco nostro ad Attilam proficiscitur. Iter describitur. Insidiae Attilæ paratæ per ipsum Edeconem produntur. Legatis denegatur aditus, quam vix tandem Prisci et Scottæ opera obtinent. Bigilas Constantinopolim remittitur. Maximinus operiri cogitur redditum Onegesii, qui tum ad Acatiros Scytha profectus erat. De Acatiris excursus. Legati cum Attila septemtriones versus ad regiam tendunt. In vico quodam ab una ex Bledæ uxori Ius excipiuntur. Obviam fiunt legati Romanorum occidentalium. Ejus legationis causa. Regiæ Attilæ descriptio. Puellarum chori et Onegesii uxor advenientem regem salutantes. Prisci cum Græco quodam apud Hunnos degente colloquium. Priscus Onegesio dona fert. Quid Onegesius Maximino responderit. Priscus Cercæ, Attilæ uxori, dona offert. Ejus domus. Prisci cum legatis Rom. occidentalium colloquium de Hunnorū imperio, eorumque expeditione Persica. Convivium in regia Attilæ describitur. Attilæ mores. Legatorum redditus (448). — 9. De Attilæ regia. — 10. Martis gladium quomodo Attila adeptus sit. — 11. Zeron, scurra Bledæ regis. — 12. Attila Orestem et Eslam ad Theodosium mittit, qui Chrysaphium, coniurationis auctorem, exposcant. Idem Chrysaphius a Zenone ad pœnam poscitur (448). — 13. Nomus et Anatolius ad Attilam proficiscuntur, ut iram ejus in Chrysaphium placent (449). — 14. Felix ejus legationis successus (449). — 15. At-

tila legatos mittit ad Valentinianum, Honoriam, quæ matrimonium cum ipso pepigisset, poscentes; alii ad Marcianum alegendur, tributorum causa. Utraque legatione nihil proficitur. Quare bellum Attila parat (450). — 16. Belli inter Attilam et Aetium causa. Denuo Attila de iisdem rebus legatos mittit, incassum. Copias cogit (450). — 17. Apollonius tributi causa ad Attilam missus re infecta revertitur. — 18. Attila cur a Roma urbe abstinuerit (452). — 19. Ex Occidente redux, Orienti bellum minatur, nisi solvatur tributum (452). — 20. Ardaburius bellum gerit cum Saracenis. Cum legatis eorum de pace colloquentem conveniunt Maximinus et Priscus (453). — 21. Maximinus (cum Prisco) in Thebaide profectus, cum Blemmyis et Nubadibus pacem componit, quæ morte ejus solvit (453). — 22. Priscus e Thebaide venit Alexandriam, ubi Florus seditionem componit (453). — 23. Marcianus imp. somnio de morte Attilæ edocetur (453). — 24. Marcianus bis legatos mittit ad Genserichum, ut Eudocia, Valentiniani uxori, ejusque filiae in libertatem restituerentur. Genserichus, neque Marciani neque Aviti legatis aurem præbens, Siciliam et Italiam vastare pergit (456). — 25. Romani denuo bellum parant contra Gobazem, Lazarum in Colchide regem (456). — 26. Gobazes legatos ad Rom. mittit. Pax ei datur iis conditionibus, quas Marciano suasit Euphemius (456). — 27. Majorianus imp. Gothos in Gallia socios sibi adjungit; contra Genserichum in Africam bellum tranferre statuit (460). — 28. Leo imp. Balamerum Gothorum principem a vastatione finium Rom. avertere studet tributum<sup>1</sup> annum pollicens (461). — 29. Ricimer Genserichum, qui Siciliam a Marcellini copiis destitutam vastabat, per legatos hortatur ut foedera observaret, regiasque mulieres redderet. Genserichus Eudociam ejusque filias dimittit, Siciliam vero diripere continuat (462). — 30. Romani occidentales, quum a Marcellino et a Vandalis sibi timerent, ad Leontis intercessionem configiunt. Leontis legatus Marcellinum monet, ut cum Romanis pacem colat. A Gensericho nihil obtinet. Legatio Saragurorum, Urogorum et Onogurorum ad Leontem (c. 463). — 31. Romani occidenta-

les a Leonte petunt, ut Vandalois ipsis reconciliet. Perozes, rex Persarum, queritur Persas transfugas a Leonte excipi, Magosque a religionis suæ cultu prohiberi; denique pecunias ad bellum contra Hunnos Cidaritas gerendum poscit. Leon ad Persas Constantium, ad Vandalois Tatianum mittit legatos (c. 464). — 32. Tatianus a Vandalois redit re infecta. Constantius in Edessa urbe diu substitit, quum admittere eum rex differret. — 33. Constantius tandem convenit Perozem, qui contra Cunacham tum belligerabat. Ejus belli origo et progressus. Re infecta dimittitur. — 34. Gobazes cum Dionysio Constantinopolim veniens benigne a Leonte excipitur (366). — 35. Sciri auxilia petentes a Romanis contra Gothos obtinent (c. 366). — 36. Attilæ filii societatem cum Leonte inire student frusta. Eorum dissidium. — 37. Saraguris et Acatiris in Persiam irruptentibus, Persa a Leonte auxilia petunt incassum. — 38. Dengizich, Attilæ fil., bellum contra Romanos molitur. — 39. Goths a ducibus Romanis in deditioinem accepti trucidantur (c. 467). — 40. Genserichus pacis conditiones per Phylarchum legatum a Leonte oblatas rejicit bellumque parat. (367). — 41. Suanni a Sazio et Persis bello appetiti auxilium petunt. Persarum legati victoriam de Hunnis Cidaritis deportatam nuntiant. Leon de rebus Siculis sollicitus (468).

## ΙΣΤΟΡΙΑ ΒΥΖΑΝΤΙΑΚΗ.

Ιστορία Γοτθική.

1. (433 p. C.; Theodosii II an. 26.)

Exc. De leg. Rom. p. 47, 48 Par. : "Οτι Πούα βασιλεύοντος Ούννων, Ἀμιλχούροις καὶ Ἰτιμάροις καὶ Τονώσουρτι καὶ Βοτσούροις καὶ ἔτεροι ἔνεστι προσωικοῦσι τὸν Ἰστρόν, καὶ ἐς τὴν Ῥωμαίων δματιχίαν καταφυγάνοντις, ἐς μάχην ἐλθεῖν προηρημένος ἐκπέμπει Ἡσαλαν, εἰωθότα τοῖς διαφόροις αὐτῷ τε καὶ Ῥωμαίοις δικκονεῖσθαι, λύειν τὴν προϋπάρχουσαν εἰρήνην ἀπειλῶν, εἰ μή γε πάντας τοὺς παρὰ σφῆς καταφυγόντας ἐκδίοιεν. Βουλευομένων δὲ Ῥωμαίων στεῖλαι πρεσβεῖαν παρὰ τοὺς Ούννους, πρεσβεύειν μὲν ἥθελον Πλίνθας καὶ Διονύσιος, Πλίνθας μὲν τοῦ Σκυθικοῦ, Διονύσιος δὲ τοῦ Θρακίου γένους, ἀμφότεροι δὲ στρατοπέδων ἡγού-

## HISTORIA BYZANTINA.

(*Historia Gothicæ.*)

1.

Quum Rua, Hunnorum rex, statuisse cum Amilsuris (*Alipsuris, Jornand.*), Itimaris, Tonosuribus (*Juncarsis, Jorn.*), Boiscis ceterisque gentibus quae Istrum accolunt, quod ad armorum societatem cum Romanis jungendam con fugissent, bello decertare, Eslam componendis Romano-

rum et Hunnorum controversiis adhiberi solitum misit, qui Romanis denuntiaret, se a foedere, quod sibi cum illis esset, recessurum, nisi omnes Scythas, qui ad eos se consilüssent, redderent. Romanis vero consilium de mittendis ad Hunnos legatis capientibus, Plinthus et Dionysius, hic ex Thracia, ille ex Scythia oriundus, ambo exercituum duces, et qui consulatus dignitatem (*Plinthus an. 419; Dion. an. 429*) apud Romanos gesserant, hanc legationem obire voluerunt. Ut vero visum est non ante legatos proficiisci,

μενοι καὶ ἀρξαντες τὴν Ὀπατον παρὰ Ῥωμαίοις ἀρχήν. Ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει Ἡσλαν παρὰ τὸν Ῥουάν ἀφικνεῖσθαι πρότερον τῆς ἑκπεμφθησομένης πρεσβείας, συνεκπέμπει Πλίνιθας Σηγγιλαχὸν, ἀνδρὸς τῶν ἐπιτηδείων, πεῖσαι τὸν Ῥουάν αὐτῷ καὶ μὴ ἔτερος Ῥωμαίον ἐς λόγους ἐλθεῖν. Τελευτῆσαντος δὲ Ῥουά καὶ περιστάσης τῆς Οὔννων βασιλείας ἐς Ἀττῆλαν [καὶ Βλήδαν add. N.], ἐδόκει τῇ Ῥωμαίων βουλῇ Πλίνιθαν πρεσβεύεσθαι παρ' αὐτούς. Καὶ κυρωθείσης ἐπ' αὐτῷ παρὰ βασιλέως Ψήφου, ἐδούλετο καὶ Ἐπιγένην δ Πλίνιθας συμπρεσβεύειν αὐτῷ ὡς μεγίστην ἐπὶ σοφίᾳ δόξαν ἐπιφερόμενον καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχοντα τοῦ κοιαστορος. Χειροτονίας δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ γενομένης, ἀμφω ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ἐξώρμησαν, καὶ παραγίνονται ἐς Μάργον. Ή δὲ πόλις τῶν ἐν Ἰλλυρίᾳ Μυσῶν πρὸς τῷ Ἰστρῷ κειμένη ποταμῷ ἄντικρῳ Κωνσταντίας φρουρίου κατὰ τὴν ἐτέραν ὅχθην διακειμένου; εἰς ἦν καὶ οἱ βασιλεῖοι συνήσταν Σκύθαι. Καὶ τὴν σύνοδον ἔξω τῆς πόλεως ἐποιοῦντο, ἐπιβεηκότες ἱππων· οὐ γάρ ἐδόκει τοῖς βαρβάροις ἀποβᾶσι λογοποιεῖσθαι, ὥστε καὶ τοὺς Ῥωμαίους πρεσβεῖς τῆς σφῶν αὐτῶν ἀξίας προνοούμενοις ἀπὸ τῆς αὐτῆς προαιρέσεως ἐς ταῦτα τοῖς Σκύθαις ἐλθεῖν, πρὸς τὸ μὴ τοὺς μὲν ἀφ' ἵππων, τοὺς δὲ πεζοὺς διαλέγεσθαι . . . . . (\*\*\*) Ῥωμαίους οὐ μόνον εἰς τὸ μέλλον μη δέχεσθαι suppl. N.) τοὺς ἀπὸ τῆς Σκυθικῆς καταφεύγοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἡδη πεφεγύότας, σὺν καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις Ῥωμαίοις τοῖς ἀνευ λύτρων ἐς τὰ σφέτερα ἀφιγμένοις ἐκδίδοσθαι, εἰ μή γε ὑπὲρ ἐκάστου πεφεγύότος τοῖς κατὰ πόλεμον κτησαμένοις δκτῷ δοθεῖεν χρυσοῦ· ἔθνει δὲ βαρβάρω μὴ συμμαχεῖν Ῥωμαίους πρὸς Οὔννους αἴρομένους (αἴρομένω N.) πολε-

μον· εἶναι δὲ καὶ τὰς πανηγύρεις ἰσονόμους καὶ ἀκινδύνους Ῥωμαίοις τε καὶ Οὔννοις· φυλάττεσθαι δὲ καὶ διαμένειν τὰς συνθήκας ἐπτακοσίων λιτρῶν χρυσοῦ ἔτους ἐκάστου τελουμένων παρὰ Ῥωμαίον τοῖς βασιλείος Σκύθαις (πρότερον δὲ πεντήκοντα καὶ τριακόσιαι αἱ τοῦ τέλους ἐτύγχανον οὖσαι). Ἐπὶ τούτοις ἐσπένδοντο Ῥωμαίοι τε καὶ Οὔννοι, καὶ πάτριον δρόνον ὁμόσαντες ἐς τὰ ἀμφότερα (ἐς τὰ σφέτερα ἀμφότεροι; B.) ἐπανήσεαν. Οἱ δὲ παρὰ Ῥωμαίους καταφυγόντες ἔξεδόθησαν βαρβάροις, ἐν οἷς καὶ παῖδες Μάμα καὶ Ἀτακάμ. τοῦ βασιλείου γένους, οὓς ἐν Καρσῷ φρουρίῳ Θρακίῳ οἱ παρειληφότες ἐσταύρωσαν, δίκαια αὐτοὺς πραττόμενοι τῆς φυγῆς. Οἱ δὲ περὶ Ἀττῆλαν καὶ Βλήδαν τὴν εἰρήνην πρὸς Ῥωμαίους θέμενοι διεξήσαν τὰ ἐν τῇ Σκυθικῇ ἔθνη χειρούμενοι, καὶ πόλεμον πρὸς Σορόσγους συνεστήσαντο.

Cf. Jornandes De reb. Get. c. 35; Tillemont, *Hist. des empereurs*, tom. VI, p. 95 sq.; Gibbon, *Hist. of the decline and fall of the Rom. emp.* chap. XXXIV, tom. VI, p. 32 sqq. (ed. Basil. et Paris. 1789).

#### 2. (442. Theodos. an. 35.)

Exc. De leg. gent. p. 33. 34: "Οτι τῶν Σκυθῶν κατὰ τὸν τῆς πανηγύρεως καιρὸν καταστρατηγησάντων Ῥωμαίους καὶ πολλοὺς ἀνελόντων, οἱ Ῥωμαῖοι ἐπέστελλον πρὸς τοὺς Σκύθας, ἐν αἵτια ποιούμενοι τῆς τοῦ φρουρίου αἱρέσεως ἔνεκεν καὶ τῆς τῶν σπονδῶν διλιγωρίας. Οἱ δὲ ἀπεχρίναντο, ὡς οὐκ ἀρξάμενοι, ἀλλ' ἀμυνόμενοι ταῦτα δράσειν· τὸν γάρ τῆς Μάργου ἐπίσκοπον εἰς ἐαυτῶν ἀναβεηκότα γῆν καὶ διερευνησάμε-

quam Eslas ad Ruam rediisset, Plinthas una cum Esla misit Singilachum, unum ex suis necessariis, qui Ruæ persuaderet cum nullo alio Romanorum, quam cum ipso, colloquium inire. Quum autem, Rua mortuo, Hunnorū regnum ad Attilam pervenisset, senatus decretiv Plintham legationem ad Attilam exequi. Quo S. C. Imperatoris suffragio comprobato, Plintham cupido incessit, Epigenem, qui sapientia laude celebris erat et questuræ dignitatem obtinebat, socium legationis sibi adsciscere. Qua de re lato quoque suffragio ambo in eam legationem prosecti sunt, et Margum pervenerunt. Est autem Margus urbs in Illyrico Mysorum ad Istrum sita, ex adverso Constantiae arcis, ad alteram fluminis ripam collocata, quo et regii Scythæ converant. Extra civitatem equis insidentes utrique congressi sunt. Nec enim barbaris de plano verba facere placuit, et legati Romani suæ dignitatis memores eodem quoque apparatu in Scytharum conspectum venire statuerunt, ne sibi peditibus cum equitibus disserendum foret. Itaque placuit, a Romanis non modo in futurum non excipi et Scythica profugos, sed etiam eos qui multo ante profugerant, una cum captiuis Romanis, qui non soluto redemptionis pretio ad sua redierant, dedi, aut pro unoquoque captivo Romano his, qui eum bello ceperant, octo aureos dari; Romanos bellū societatem cum barbara gente, quae bellum cum Hunnis gerat, non facere; conventus ad mercatus pa-

ribus legibus celebrari, et in tuto Romanos et Hunnos esse; foedera rata manere et observari, si quoque anno septingentæ auri librae tributi nomine Scythis regiis a Romanis penderentur, quum ante tributum annum non fuisse nisi trecentarum quinquaginta libraram. His conditionibus pacem Romani et Hunni pepigerunt, qua jurejurando patrio ritu utrimque præstito firmata, utriusque ad sua redierunt. Itaque qui ex barbaris ad Romanos transierant redditi sunt; de quorum numero erant filii Mama et Attacam ex regio genere, quos Scythæ receptos in Carso, Thracia castello, crucis suppicio affecerunt, et hanc ab his fugæ pœnam exegerunt. Pace cum Romanis facta, Attilas et Bleda ad subigendas gentes Scythicas profecti sunt, et contra Sorosgos bellum moverunt.

#### 2.

Scythæ, quo tempore mercatus Scytharum et Romanorum frequenti multitudine celebrabatur, Romanos cum exercitu sunt adorti, et multos occiderunt. Romani ad Scythas miserunt, qui de praesidii expugnatione et foederum contemptu cum eis expostularent. Hi vero se non ultra bellum inferentes, sed factas injurias ulciscentes, haec fecisse responderunt. Margi enim episcopum in suos fines transgressum, fiscum regium et reconditos thesauros indagatum expilasse. Hunc nisi dederint una cum transfugis, ut foederibus convenerit (esse enim apud eos plures), bellum il-

νον τὰς παρά σφισιν βασιλείους θήκας, σεσυληκέναι τοὺς ἀποχειμένους θησαυρούς· καὶ εἰ μὴ τοῦτον ἔκδοσεν, ἔκδοσεν δὲ καὶ τοὺς φυγάδας κατὰ τὸ ὑποκείμενα (εἶναι γάρ παρὰ Ῥωμαίοις πλείστους), τὸν πόλεμον ἐπάξειν. Ῥωμαίον δὲ τὴν αἰτίαν οὐκ ἀληθῆ φαμένων εἶναι, ἐν τοῖς σφετέροις λόγοις τὸ πιστὸν οἱ βάρβαροι θέμενοι χρίσεως μὲν τῶν ἀμφιβόλων κατωλιγώρουν, πρὸς πόλεμον δὲ ἐτράπησαν, καὶ περιωθέντες τὸν Ἰστρὸν πόλεις καὶ φρούρια πλείστα ἐπὶ τῷ ποταμῷ ἔκκαψαν. Ἐν οἷς καὶ τὸ Βιμινάκιον εἴλον· πόλις δὲ αὕτη τῶν ἐν Ἰλλυρίοις Μυσῶν. Ὡν γινομένων, καὶ τινῶν λογοποιούντων, ὡς δ ἐπίσκοπος ἔκδοθείη, ὅστε μὴ ἐνὸς ἀνδρὸς πέρι τῷ πάντῃ Ῥωμαίον τὸν ἐν τοῦ πολέμου ἐπαχθῆναι κίνδυνον, ὑποτοπήσας δ ἀνθρωπὸς ἔκδοθῆσθαι, λαθὼν τοὺς ἐν τῷ ἀστεῖ πρὸς τοὺς πολεμίους παραγίνεται, καὶ αὐτοῖς παραδώσει οὐπισχεῖται τὴν πόλιν, εἰγε ἐπιεικές τι οἱ τῶν Σκυθῶν βουλεύσαντο βασιλεῖς. Οἱ δὲ ἔφασαν πάντα ποιήσειν τὰ ἀγαθά, εἰ τὴν αὐτοῦ ἄγοι ἐς ἔργον ὑπόσχεσιν. Δεξιῶν τε καὶ δρόκων ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις δοθέντων, μετὰ βαρβαρικῆς πολυπληθίας ἐς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐπάνεισι γῆν, καὶ ταῦτην προλοχίσας ἀντικρὺ τῆς ὁχθῆς νυκτὸς διανιστήσιν ἐκ συνθήματος, καὶ ὑπὸ τοῖς ἀντιπάλοις τὴν πόλιν ποιεῖ. Δημοθείσης δὲ τῆς Μάργου τὸν τρόπον τοῦτον, ἐπὶ μεῖζον ηὗξηθη τὰ τῶν βαρβάρων πράγματα. Cf. Tillemont. VI, p. 96; Gibbon. VI, p. 41.

### 3. (442. Theodos. an. 35.)

Ibidem p. 34: "Οτι ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ βασιλέως Ἀττήλας δ τῶν Οὔννων βασιλεὺς τὸν οἰκεῖον στρατὸν ἀγείρας γράμματα πέμπει παρὰ τὸν βασιλέα τῶν τε φυγάδων καὶ τῶν φόρων πέρι, δοὺς προφάσει τοῦδε τοῦ πολέμου οὐκ ἐδέδοντο, τὴν ταχίστην οἱ ἐκπέμπεσθαι παρακελεύομενος· συντάξεως δὲ ἔνεκα\* μέλλοντος φόρου παρ' αὐτὸν πρέσβεις τοὺς διαλεξομένους ἀφικνεῖσθαι, ὡς, εἰ μελλήσειν ἡ πρὸς πολέμου ὄργης εἰσιν, οὐδὲ αὐτὸν ἔτι ἔθέλοντα τὸ Σκυθικὸν ἐφέξειν

πλῆθος. Ταῦτα ἀναγγόντες οἱ ἀμφὶ τὰ βασίλεια οὐδαμῶς τοὺς παρὰ σφᾶς καταφυγόντας ἔκδωσειν ἔφασαν, ἀλλὰ σὺν ἐκείνοις τὸν πόλεμον ὑποστῆσθαι, πέμψειν δὲ πρέσβεις τοὺς τὰ διάφορα λύσοντας. Ός δὲ τῷ Ἀττήλᾳ τὰ δεδογμένα Ῥωμαίοις ἡγγέλλετο, ἐν ὅργῃ τὸ πρᾶγμα ποιούμενος τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐδήμου γῆν, καὶ φρούριά τινα καθελὼν τῇ Ρατιαρίᾳ προσέβαλλε μεγίστη καὶ πολυανθρώπῳ.

[3.a.] (242.)

Chronicum Paschale p. 588 ed. Bonn. (ad an. 459) postquam dixerat: Περὶ οὗ πολέμου (sc. Attilæ) συνεγράφατο δ σφρώτας Πρίσκος δ Θρᾷξ, περgit: Λέγει (Priscus?) δτι Κῦρος προεβλήθη ἐν Κωνσταντινούπολει ἐπαρχος τῶν πραιτωρίων καὶ ἐπαρχος [τῆς] πόλεως καὶ προῆι μὲν ὃν ἐπαρχος πραιτωρίων εἰς τὴν καρούχαν τῶν ἐπάρχων ἀνεχώρει δὲ καθήμενος εἰς τὴν καρούχαν τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως ἐκράτησεν γάρ τὰς δύο ἀργῆς ἐπὶ χρόνους τέσσαρας, διότι καθαρὸς ἦν πάνυ· καὶ αὐτὸς ἐπενόησεν τὰ ἐσπερινὰ φῶτα ἀπτεσθαι εἰς τὰ ἐργαστήρια δροίων καὶ τὰ νυκτερινά. Καὶ ἐκρέζαν αὐτῷ τὰ μέρη εἰς τὸ Ἰππικὸν δλην τὴν ἡμέραν. «Κωνσταντίνος ἔκτισεν, Κῦρος ἀνενέωσε.» Καὶ ἐχόλεσεν αὐτῷ βασιλεὺς δτι ταῦτα ἐκράζαν καὶ διεδέξατο αὐτὸν δημιεύσας καὶ ἐποίησεν αὐτὸν κληρικὸν, καὶ ἐπεμψεν αὐτὸν ἐπίσκοπον εἰς Σμύρναν (Κοτυάειον sec. Malal. et Suid.). τῆς Ἀσίας χτλ. Num revera hæc e Prisco Chronicci auctor vel potius auctores desumpserint, in medio relinquo. Certe illud λέγει ita positum, ut rem non possit dirimere. Ceterum eadem fere habet Malala p. 361 ed. Bonn. et Theophanes p. 149 ed. Bonn. Cf. etiam Suidas v. Κῦρος et Θεοδόσιος δ μικρός. Honore destitutus Cyrus est an. 242 vel 243 (vide de his disputat. Tillemontii tom. VI, p. 609 sq.). Successorem habuit Chrysaphium; ante eum candens dignitatem gesserat Antiochus. De hoc Antiocho vide Suidam v. Ἀντίοχος et

laturos. Quæ quum Romani vera esse negarent, barbari vero in eorum quæ dicebant fide perstarent, judicium quidem de his quæ in contentione posita erant subire minime voluerunt, sed ad bellum conversi sunt. Itaque, transmissio Istro, oppidis et castellis ad ripam sitis plurima damna intulerunt, et inter cetera Viminacium, quæ Moesorum urbs est in Illyrico, ceperunt. His gestis, quum multi in sermonibus dictarent episcopum dedi oportere, ne unius hominis causa universa Romanorum res publica belli periculum sustineret, ille se deditum iri suspicatus, clam omnibus civitatibus incoletibus ad hostes effugit, et urbem traditurum, si sibi Scytharum reges liberalitate sua consulerent, pollicitus est. Ad ea quum beneficium omni ratione se repensuros promitterent, si rem ad exitum perduceret, datis dextris et dictis jurejurando utrinque præstito firmatis, ille cum magna barbarorum multitidine in fines Romanorum est reversus. Eam multitudinem quum ex adverso ripæ in insidiis collocasset, nocte dafo signo exsiliit, et urbem

in manus hostium traduxit. Et ab eo tempore barbarorum res in diem auctiores melioresque fuerunt.

3.

Sub Theodosio Juniore imperatore Attilas Hunnum rex delectum ex suis habuit, et litteras ad imperatorem scripsit de transfugis et de tributis, ut, quaecumque occasione hujus belli redditia non essent, quam citissime ad se mitterentur, de tributis autem in posterum pendendis legati secum acturi ad se venirent: nam si cunctarentur aut bellum pararent, ne se ipsum quidem Scytharum multitidinem diutius contenturum. His litteris lectis, imperator nequam Scythas, qui ad se confugissent, traditum dixit, sed una cum illis in animo sibi esse, belli eventum expectare. Ceterum se legatos missurum, qui controversias dirimerent. Ea sicuti Romani decreverant, ubi Attilas rescivit, ira commotus Romanorum fines vastavit, et castellis quibusdam dirutis, in Ratiariam urbem magnam et populi multitudine abundantem irruptionem fecit.

Ηραιπόσιτος; quem locum e Prisco fortasse de-  
sumptum esse suspicatur Niebuhrius.

## 4.

Exc. De leg. Rom. p. 48 : "Οτι Θεοδόσιος ἔπειμπε  
Σχνάτορα, ἀνδρα ὑπατικὸν, παρὰ τὸν Ἀττίλαν πρε-  
σβευσμένον. Ὅς οὐδὲ τὸ τοῦ πρεσβευτοῦ ἔχων δόνομα  
ἐθάρρησε πεζὸς παρὸ τοὺς Ούννους ἀφιέσθαι, ἀλλ'  
ἐπὶ τὸν Πόντον καὶ τὴν Ὄδησσην ἐπλευσε πόλιν ἐν  
ἥ καὶ Θεόδουλος στρατηγὸς ἔκπειμψθεις διέτριβεν.

Senator consul fuerat an. 436. Legatio hæc ad  
quemnam annum pertineat, accuratius dici nequit.  
Ante Chersonesum proelium, quod in fr. 5 memo-  
ratur, collocandam esse, probabiliter censem Vale-  
sius.

## 5. (447. Theodos. an. 40.)

Exc. De leg. gent. p. 34. 35 :

"Οτι μετὰ τὴν ἐν Χερρονήσῳ μάχην Ῥωμαίων  
πρὸς Ούννους ἐγίνοντο καὶ αἱ συμβάσεις, Ἀνατολίου  
πρεσβευσμένου. Καὶ ἐπὶ τοισθέ ἐσπένδοντο, δπως  
ἐκδοθεῖεν μὲν ἀν τοῖς Ούννοις οἱ φυγάδες, καὶ ἐξ χιλιά-  
δες χρυσίου λιτρῶν ὑπὲρ τῶν πάλαι συντάξεων δοθεῖεν  
αὐτοῖς· φόρον δὲ ἔτους ἔκάστου δισχιλίας καὶ ἔκαπον  
λιτρᾶς χρυσοῦ σφισιν τεταγμένον εἶναι· ὑπὲρ δὲ αἰχμα-  
λώτου Ῥωμαίου φεύγοντος καὶ ἐς τὴν σφετέραν γῆν  
ἄνευ λύτρων διαβαίνοντος δῶδεκα χρυσοῦς εἶναι ἀπο-  
τίμηστον, μὴ καταβάλλοντας δὲ τοὺς ὑποδεχομένους  
ἐκδιδόναι τὸν φεύγοντα· μηδένα δὲ βάρβαρον Ῥω-  
μαίους κατὰ (παρὰ conj. B.) σφᾶς φεύγοντα δέχε-

## 4.

Theodosius misit Senatorem, virum consularem, ad At-  
tilam legationem obitum. Et ille quidem quamvis legati  
nomen adeptus esset, minime tamen est ausus terrestri  
itinere Hunnos adire; sed iter per pontum Euxinum insti-  
tuit, et in Odessenorum civitatem navigavit, in qua Theodo-  
dulus dux commorabatur.

## 5.

Post pugnam in Chersoneso commissam Romani cum  
Hunnis pacem per Anatolium legatum fecerunt, et in has  
conditiones convenerunt: profugos Hunnis reddi, sex millia  
auri librarum pro præteritis stipendiis solvi; duo millia et  
centum in posterum singulis annis tributi nomine pendi;  
pro unoquoque captivo Romano, qui in Romanorum fines,  
non solo redemptionis pretio, evasisset, duodecim au-  
reorum mulctam inferri. Quæ si non solveretur, qui capti-  
vum receperisset, restituere teneri; Romanos neminem ex  
barbaris ad se confugientem admittere. In has quidem fœ-  
derum leges Romani sponte consensisse videri volebant: sed  
necessitate coacti, superante metu, qui Romanorum ducum  
mentes occupaverat, quantumvis duras et iniquas condi-  
tiones sibi impositas summo pacis consequendæ studio  
ducti lubentibus animis suscepserunt, et gravissimum tri-  
butum pendere non recusabant, quanquam opes imperii et  
regii thesauri non ad necessarios usus, sed in absurdâ spe-

σθαι. Ταύτας προσεποιοῦντο μὲν ἐθελονταὶ Ῥωμαῖοι  
τὰς συνήκας τίθεσθαι· ἀνάγκῃ δὲ [καὶ N.] ὑπερβάλ-  
λοντι δέσι, διπερ κατεῖχε τοὺς σφῶν ἄρχοντας, πᾶν  
ἐπίταγμα κατέπερ διχαλεπὸν, τυχεῖν τῆς εἰρήνης ἐσπου-  
δακότες, ἡσμένικον, καὶ τὴν τῶν φύρων σύνταξιν βαρυ-  
τάτην οὖσαν προσίεντο, τῶν χρημάτων αὐτοῖς καὶ τῶν  
βασιλικῶν θησαυρῶν οὐκ εἰς δέον ἐκδεδαπανημένων,  
ἀλλὰ περὶ θέας ἀπότους καὶ φιλοτιμίας οὐκ εὐλόγους  
καὶ ἥδοντας καὶ δαπάνας ἀνειμένας, δις οὐδεὶς τῶν εὗ-  
φρονούντων οὐδὲ ἐν εὐπραγίαις ὑποστάτη, μὴ τί γε δὴ  
οἱ τῶν ὅπλων διλγωρήσαντες, ὥστε μὴ μόνον Σκύθαις,  
ἀλλὰ γάρ καὶ τοῖς λοιποῖς βαρβάροις τοῖς παροικοῦσιν  
τὴν Ῥωμαίων ὑπακούειν εἰς φόρου ἀπαγωγήν. Τούτων  
τῶν συντάξεων καὶ τῶν χρημάτων πέρι, διπερ ἔδει τοῖς  
Ούννοις ἔκπεμπεσθαι, συνεισφέρειν πάντας ἡγάκασε,  
δασμὸν εἰσπραττομένους καὶ τοὺς κατὰ χρόνον τινὰ τὴν  
βαρυτάτην κουφισθέντας τῆς γῆς ἀποτίμησιν εἰτε δικα-  
στῶν κρίσει, εἴτε βασιλέων φιλοτιμίαις. Συνεισφέρον  
δὲ ῥητὸν χρυσὸν καὶ οἱ ἐν τῇ γερουσίᾳ ἀναγεγραμμέ-  
νοι ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν ἀξίας. Καὶ ἦν πολλοῖς ἡ λαμπρὰ  
τύχη βίου μεταβολή· ἐπεπράττοντο γάρ μετὰ αἰκισμῶν  
ἀπερ ἔκαστον ἀπεγράφαντο οἱ παρὰ βασιλέως τοῦτο  
ποιεῖν ἐπιτεταγμένοι, ὥστε τὸν κόσμον τῶν γυναῖκῶν καὶ  
τὰ ἐπιπλο τοὺς πάλαι εὑδαίμονας προτιθέναι ἐν ἀγορᾷ.  
Τούτο μὲν μετὰ τὸν πόλεμον τὸ κακὸν Ῥωμαίους ἐδέ-  
ξατο, ὥστε πολλοὺς ἢ ἀποκατερήσαντας ἢ βρόχον  
ἀφαμένους τὸν βίον ἀπολιπεῖν. Τότε δὴ ἐκ τοῦ παρα-  
χῆμα τῶν θησαυρῶν ἔσαντληθέντων, τὸ τε χρυσὸν καὶ  
οἱ φυγάδες ἔπειμποντο, Σκόττα ἐπὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν  
ἀφιγμένου· ὃν πλείστους Ῥωμαῖοι ἀπέκτειναν ἀπει-

ctacula, in vanos honorum ambitus, in immodicas volu-  
ptates et largitiones consumptaæ fuerant, quales nemo sanæ  
mentis vel in maxime affluentibus divitiarum copiis susti-  
neret, nedum Romani isti, qui rei militaris studium adeo  
neglexerant, ut non solum Scythis, sed et reliquis barbaris,  
qui proximas imperii Romani regiones incolebant, vectigal-  
les facti essent. Itaque tributa et pecunias, quas ad Hun-  
nos deferri oportebat, imperator omnes conferre coegit: nullā etiam eorum immunitatī habita ratione, qui terræ  
onere, tanquam nimis gravi ad tempus, sive imperatorum  
benignitate, seu judicū sententia, levati erant. Confer-  
bant etiam aurum indictum qui in senatum ascripti erant,  
in præmium suæ dignitatis, et multis splendida et illustris  
fortuna vitae commutationem attulit. Conficiebantur enim  
pecuniæ, que unicuique imperatae erant, cum acerbitate  
et contumelia ab iis quibus hujus rei cura ab imperatore  
erat demandata: adeo ut, qui a majoribus acceptas divitias  
possidebant, ornamenta uxorum et pretiosam suam supel-  
lectilem in foro venum exponerent. Ab hoc bello tam atrox  
et acerba calamitas Romanos exceptit, ut multi aut absti-  
nentia cibi, aut aptato collo laqueo vitam finirent. Tunc  
igitur, parvo temporis momento exhaustis thesauris, aurum  
et exiles (nam Scotta, qui susciperet, advenerat) ad  
Scythas missi sunt. Romani vero multos ex profugis, qui  
dedi reluctabantur, trucidarunt, inter quos aliqui fuerunt  
et regis Scythis, qui militare sub Attila renuerant et Romanis

θοῦντας πρὸς τὴν ἔκδοσιν. Ἐν οἷς καὶ τῶν βασιλικῶν ὑπῆρχον Σκυθῶν, οἱ ὑπὸ Ἀττῆλα τάττεσθαι ἀνηνάμενοι παρὰ Ῥωμαίους ἀφίκοντο. Τοῖς δὲ αὐτοῦ ὁ Ἀττῆλας προστιθεὶς ἐπιτάγμασι, καὶ Ἀσημουντίους ἐκέλευσεν ἐκδιδόναι δοσούς αἰχμαλώτους ὑπῆρχον ἔχοντες εἴτε Ῥωμαίους εἴτε βαρβάρους. Ἀσημοῦς δέ ἐστι φρούριον καρτερὸν, οὐ πολὺ μὲν ἀπέχον τῆς Ἰλλυρίδος, τῷ δὲ Θρακίῳ προσκείμενον μέρει· διπερ οἱ ἐνοικοῦντες ἄνδρες πολλὰ δεινὰ τοὺς ἔχθρούς εἰργάσαντο, οὐκ ἀπὸ τειχῶν ἀμυνόμενοι, ἀλλ' ἔξω τῆς τάφρου μάχας ὑφιστάμενοι πρὸς τε ἀπειρον πλῆθος καὶ στρατηγοὺς μέγιστον παρὰ Σκύθαις ἔχοντας κλέος, ὅπε τοὺς μὲν Οὔννους ἀπορήσαντας τοῦ φρουρίου ὑπαναχωρῆσαι, τοὺς δὲ ἐπεκτρέχοντας καὶ περιπέρα τῶν οἰκείων γινομένους, ἡνίκα ἀπῆγγελον αὐτοῖς οἱ σκοποὶ διέναι τοὺς πολεμίους λείπων Ῥωμαϊκὴν ἀπάγοντας, ἀδοκήτοις τε ἐμπίπτειν καὶ σφέτερα τὰ ἔκεινα ποιεῖσθαι λάφυρα, πλήθει μὲν λειπομένους τῶν ἀντιπολεμούντων, ὀφετὴ δὲ καὶ διώμη διαφέροντας. Πλείστους τοίνυν οἱ Ἀσημούντιοι ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ Σκύθες μὲν ἀπέκτειναν, Ῥωμαίους δὲ ἡλευθέρωσαν, τοὺς δὲ καὶ ἀποδράσαντας τῶν ἐναντίων ἐδέξαντο. Οὐκ ἀπάγειν οὖν ἔφη ὁ Ἀττῆλας τὸν στρατὸν, οὐδὲ ἐπικυροῦν τὰς τῆς εἰρήνης συνθήκας, εἰ μὴ ἔκδοθεῖεν οἱ παρὰ ἔκεινος καταψυγόντες Ῥωμαῖοι ὑπὲρ αὐτῶν δοθεῖεν ἀποτιμήσεις, ἀφεθεῖσαν δὲ καὶ οἱ παρὰ Ἀσημούντιών ἀπαχθέντες αἰχμαλώτοι βάρβαροι. Ἀντιλέγειν δὲ αὐτῷ ὡς οὐχ οἶστε τε ἦν οὔτε Ἀνατόλιος πρεσβεύμενος, οὔτε Θεόδουλος ὁ τῶν στρατιωτικῶν κατὰ τὸ Θράκιον ταγμάτων ἡγεύμενος (οὔτε γὰρ ἐπειθον, οὔτε τὰ εὐλογα προτείνοντες, τοῦ μὲν [γάρ] βαρβάρου τεθαρρήκοτος καὶ προχείρως ἐς τὰ δπλα δριμῶντος,

αὐτῶν δὲ κατεπιτηχότων διὰ τὰ προϋπάρξαντα), γράμματα παρὰ τοὺς Ἀσημουντίους ἔστελλον ἢ ἐκδιδόναι τοὺς παρ' αὐτοὺς καταψυγόντας αἰχμαλώτους Ῥωμαίους, ἢ ὑπὲρ ἕκαστου δώδεκα τιθέναι χρυσοῦς, διαφεύγναι δὲ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Οὔννους. Οἱ δὲ τὰ αὐτοῖς ἐπεσταλμένα ἀναγνόντες ἔφασαν τοὺς μὲν παρ' αὐτοὺς καταψυγόντας Ῥωμαίους ἀφεῖναι ἐπ' Ἑλευθερίᾳ, Σκύθας δὲ δοσούς αἰχμαλώτους ἔλαβον ἀνηρρέναι, δύο δὲ συλλαβόντας ἔχειν διὰ τὸ καὶ τοὺς πολεμίους μετὰ τὴν γενομένην ἐπὶ χρόνον πολιορκίαν ἐξ ἐνέδρας ἐπιθεμένους τῶν πρὸ τοῦ φρουρίου νεμόντων παίδων ἀρπάσαι τινάς, οὓς εἰ μὴ ἀπολάβοις, οὐδὲ τοὺς νόμῳ πολέμου κτηθέντας ἀποδωσειν. Ταῦτα ἀπαγγειλάντων τῶν παρὰ τοὺς Ἀσημουντίους ἀφιγμένων, τῷ τε Σκυθῶν βασιλεῖ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἔρχονται ἐδόκει μὲν ἀναζητεῖσθαι οὐδοὶ οἱ Ἀσημούντιοι ἔφασαν ἡρπάσθαι παῖδας, οὐδὲν δὲ φανέντος, οἱ παρὰ τοῖς Ἀσημουντίοις βάρβαροι ἀπεδόθησαν, πίστεις τῶν Σκυθῶν δόντων ὡς παρ' αὐτοῖς οἱ παῖδες οὐκ εἶησαν. Ἐπώμυνυτο δὲ καὶ οἱ Ἀσημούντιοι, ὡς οἱ παρὰ σφᾶς καταψυγόντες Ῥωμαῖοι ἐπ' Ἑλευθερίᾳ ἀφείθησαν. Ὄμυνον δὲ, καίτερ παρά σφισιν δόντων Ῥωμαίων οὐ γὰρ ἐπίορχον φόντο δρκον δμνύναι ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἐκ τοῦ σφετέρου γένους ἀνδρῶν. Cf. Gibbon. VI, p. 49 sqq.

#### 6. (447. Theodos. an. 40.)

Ibidem p. 36. 37 : "Οτι γενομένων τῶν σπονδῶν, Ἀττῆλας αὐθὶς παρὰ τοὺς ἔχους ἐπειψε πρέσσεις, φυγάδας αἰτῶν. Οἱ δὲ τοὺς πρεσβευομένους δεξάμενοι καὶ πλείστοις δώροις θεραπεύσαντες ἀπέπεμψαν, φυγάδας μὴ ἔχειν φῆσαντες. Πάλιν ἐτέρους ἐπειψε. Χρη-

se adjunxerant. Praeter has pacis conditiones Attilas Asimuntius quoque imperavit, ut captivos, quos penes se habebant, sive Romanos, sive barbaros, redderent. Est autem Asimuntius oppidum validum, non multum ab Illyrico distans, quod parti Thraciæ adjacet, cuius incolæ gravibus damnis hostes affecerunt. Non illi quidem se murorum ambitu tuebantur, sed extra propugnacula certamina sustinebant contra infinitam Scytharum multitudinem et duces magni apud eos nominis et existimationis. Itaque Hunni omissa spe ab oppugnando oppido desisterunt. Illi autem vagantes et a suis longius aberrantes, si quando hostes exisse et prædas ex Romanis egiisse exploratores denuntiabant, inopinantes aggressi parta ab eis spolia sibi vindicabant, numero quidem inferiores adversariis, sed robore et virtute præstantes. Itaque Asimuntii plurimos ex Scythis in hoc bello necaverunt, et multis Romanorum in libertatem asseruerunt, et hostium trans fugas receperunt. Quamobrem Attilas, se exercitum non ante moturum, aut foederis conditiones ratas habiturum professus est, quam Romani, qui ad Asimuntios pervenissent, redderentur, aut pro his mulcta conventa solveretur, et liberarentur abducti in servitutem barbari. Quum, quæ contra ea dissereret, non haberet Anatolius legatus, neque Theodulus, præsidiariorum Thraciae militum dux (nihil enim rationibus suis barbarum movebant, qui recenti Victoria elatus, prompte ad arma ferebatur, ipsi

contra propter recens acceptam cladem animis ceciderant), Asimuntius per litteras significarunt, ut Romanos captivos, qui ad se perfugissent, restituerent, aut pro unoquoque captivo duodecim aureos penderent, et Hunnos captivos liberarent. Quibus litteris lectis, Romanos, qui ad se confugissent, liberos se abre sivisse, Scythas vero, quoniam in suas manus venissent, trucidasse responderunt. Duos autem captivos retinere, propterea quod hostes, obsidione omissa, in insidiis collocati, nonnullos pueros, qui ante munitiones greges pascebant, rapuisse, quos nisi recipieren, captivos jure bellii sibi acquisitos minime restituturos. Haec renuntiarunt qui ad Asimuntios missi fuerant. Quibus auditis, Scytharum regi et Romanis principibus placuit exquiri pueros, quos Asimuntii raptos esse querebantur. Sed nemine reperto, barbari ab Asimuntiis capti sunt dimissi, prius tamen fide a Scythis accepta, non esse apud ipsos pueros. Juraverunt etiam Asimuntii, se Romanos, qui ad se confugissent, libertate donasse, quamvis adhuc multis in sua potestate haberent. Nec enim sibi pejerasse videbantur, modo suos a barbarorum servitutem salvos et incolumes præstarent.

#### 6.

Pace facta, Attilas rursus legatos ad Romanos Orientales mittit, qui trans fugas repeterent. At illi legatos plurimis donis ornatos, quum nullos perfugas apud se esse asseveras-

ματισαμένων δὲ καὶ αὐτῶν, τρίτη παρεγένετο πρεσβεία, καὶ τετάρτη μετ' αὐτήν. Οὐ γάρ εἶς τὴν Ῥωμαίων ἀφορῶν φιλοτιμίαν, ἢν ἐποιοῦντο εὐλαβείᾳ τοῦ μη παραβαθῆναι τὰς σπονδὰς, δύσις τῶν ἐπιτηδείων εὖ ποιεῖν ἔδουλοτο, ἐπεμπε παρ' αὐτοὺς, αἰτίας τε ἀναπλάττων καὶ προφάσεις ἐφευρίσκων κενάς. Οἱ δὲ παντὶ ὑπήκουον ἐπιτάγματι, καὶ δεσπότου ηγούντο τὸ πρόσταγμα, διπέρ ἀν ἔκεινος παρακελεύσατο. Οὐ γάρ μόνον τὸν πρὸς αὐτὸν ἀνελέσθαι πόλεμον εὐλαβοῦντο, ἀλλὰ καὶ Παρθιούσις ἐν παρασκευῇ τυγχάνοντας ἐδείσαν, καὶ Βαυδήλους τὰ κατὰ Θάλατταν ταράττοντας, καὶ Ἰσαύρους πρὸς τὴν ληστείαν διανισταμένους, καὶ Σαρακηνοὺς τῆς αὐτῶν ἐπικρατείας τὴν ἥν κατατρέχοντας, καὶ τὰ Αἴθιοπικὰ ἔθνη συνιστάμενα. Διὸ δὴ τεταπεινωμένοι τὸν μὲν Ἀττήλαν ἔθεράπευον, πρὸς δὲ τὰ λοιπὰ ἔθνη ἐπειρώντο παρατάτεσθαι, δυνάμεις τε ἀθροίζοντες καὶ στρατηγοὺς χειροτονοῦντες.

7. (448. Theodos. an. 41.)

Ibidem p. 37. 38 : "Οτι καὶ αὐθὶς Ἐδήκων ἦκε πρέσbus, ἀνὴρ Σκύθης, μέγιστα κατὰ πόλεμον ἔργα διαπραξάμενος, σὺν Ὁρέστῃ, δὲ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ γένους ὁν ὡκεὶ τὴν πρὸς τῷ Σάω ποταμῷ Παιώνων χώρων, τῷ βαρδάρῳ κατὰ τὰς Ἀετίου στρατηγοῦ τῶν ἐπεριών Ῥωμαίων συνθήκας ἐπακούουσαν. Οὗτος δὲ Ἐδήκων ἐς τὰ βασίλεια παρελθὼν ἀπέδιδον τὰ παρὰ Ἀττήλα γράμματα, ἐν οἷς ἐποιεῖτο τοὺς Ῥωμαίους ἐν αἰτίᾳ τῶν φυγάδων πέρι ἀνθ' ὧν ἡπειρεὶ ἐπὶ τὰ δύλα χωρεῖν, εἰ μὴ ἀποδοθεῖεν αὐτῷ, καὶ ἀφένονται Ῥωμαῖοι τὴν

δορυάλωτον ἀροῦντες. Εἶναι δὲ μῆκος μὲν αὐτῆς κατὰ τὸ διεῦμα τοῦ Ἰστρου ἀπὸ τῆς Παιώνων ἄχρι Νοβῶν τῶν Θρακίων, τὸ δὲ βάθος πέντε ἡμερῶν ὅδον. Καὶ τὴν ἀγορὰν τὴν ἐν Ἰλυρίοις μὴ πρὸς τῇ ὅχθῃ τοῦ Ἰστρου ποταμοῦ γίνεσθαι, ὥσπερ καὶ πάλαι, ἀλλ' ἐν Ναΐσσῳ, ἢν δριον, ὡς ἐπ' αὐτοῦ δημιουρίαν, τῆς Σκυθῶν καὶ Ῥωμαίων ἐτίθετο γῆς, πέντε ἡμερῶν ὅδον εὐζώνῳ ἀνδρὶ τοῦ Ἰστρου ἀπέχουσαν ποταμοῦ. Πρέσbeis δὲ ἐκέλευσε πρὸς αὐτὸν ἀφικνεῖσθαι τοὺς περὶ τῶν ἀμφιβόλων διαλεξόμενους, οὐ τῶν ἐπιτυχόντων, ἀλλὰ τῶν ὑπατικῶν ἀνδρῶν τοὺς μεγίστους· οὓς εἰ ἐκπέμπειν εὐλαβηθεῖεν, αὐτὸν δεξόμενον σφᾶς ἐς τὴν Σαρδικὴν διαβήσεσθαι. Τούτων ἀναγνωσθέντων βασιλεῖ τῶν γραμμάτων, ὡς ὑπεξῆλθεν δὲ Ἐδήκων σὺν τῷ Βιγίλᾳ ἐρμηνεύσαντι δισπαρερ δι βάρδαρος ἀπὸ στόματος ἔφρασε τῶν Ἀττήλας δεδογμένων, καὶ ἐς ἑτέρους οίκους παρεγένετο, ὥστε αὐτὸν Χρυσαφίῳ τοῦ βασιλέως ὑπασπιστῇ, ὅλα δὴ τὰ μέγιστα δυναμένω, ἐς δῆμον ἐλθεῖν, ἀπεθαύμασε τὴν τῶν βασιλείων οίκων περιφάνειαν. Βιγίλας δὲ, ὡς τῷ Χρυσαφίῳ ἐς λόγους ἥλθεν δι βάρδαρος, ἐλεγεν ἐρμηνεύων, ὡς ἐπανοίδ δὲ Ἐδήκων τὰ βασίλεια καὶ τὸν παρά σφισιν μακαρίζοι πλοῦτον. Οἱ δὲ Χρυσάφιος ἐφασκεν ἐσεσθαι καὶ αὐτὸν οίκων τε χρυσοστέγων καὶ πλούτου κύριον, εἴγε περιβόι μὲν τὰ παρὰ Σκύθαις, ἔλοιτο δὲ τὰ Ῥωμαίων. Τοῦ δὲ ἀποκριναμένου, ὡς τὸν ἑτέρου δεσπότου θεράποντα ἀνε τοῦ κυρίου οὐ θέμις τοῦτο ποιεῖν, ἐπυνθάνετο δὲ εἰνοῦχος, εἴγε ἀκάλυπτος αὐτῷ ἡ παρὰ τὸν Ἀττήλαν εἰν ἐσόδος, καὶ δύναμιν παρὰ Σκύθαις ἔχοι τινά. Τοῦ δὲ ἀποκριναμένου, ὡς

sent, dimiserunt. Misit et iterum Attilas alios, quibus non minus amplis muneribus deditatis, tertia ab eo, post illam itidem quartā legatio advenit. Ille enim Romanorum liberalitatem, qua utebantur veriti ne a scēderibus barbari discederent, ludibrio habens, novas subinde causas fingebat, et vanas occasiones legatorum mittendorum excogitabat, et ad suos necessarios, quos liberalitate ornare volebat, eas legationes deferebat. Romani vero in omnibus rebus Attilae dicto audientes erant, et quae præcipiebat, domini jussa ducebant. Non solum enim bello contra eum suscipiendo eorum rationes abhorrebat, sed et Parthos, qui bellum apparabant, et Vandulos, qui maritimias oras vexabant, et Isauros, qui prædis et rapinis grassabantur, et Saracenos, qui regiones ad Orientem excursionibus vastabant, metebant. Præterea gentes Æthiopum in armis erant. Itaque Romani animis fracti Attilam colebant, sed ceteris gentibus resistere conabantur, dum exercitus comparabant, et duces sortiebantur.

7.

Edecon, vir Scytha, qui maximas res in bello gesserat, venit iterum legatus cum Oreste. Hic genere Romanus Pœniam regionem, ad Saum flumen sitam, incolebat, quæ ex foedere initio cum Aetio, Romanorum Occidentalium duce, barbaro parebat. Itaque Edecon, in palatium admissus, imperatori litteras Attilæ tradidit, in quibus de transfugis non redditis querebatur, qui nisi redderentur, et Romani a colenda terra abstinerent, quam bello captam suaæ ditioni

adjecerat, ad arma se iturum minabatur. Ea vero secundum Istrum a Pœonibus ad Novas usque in Thracia sitas in longitudinem extendebatur; latitudo autem erat quinque dierum itinere. Neque vero forum celebrari, ut olim, ad ripam Istri volebat, sed in Naisso, quam urbem a se captam et dirutam, quinque dierum itinere expedito homini ab Istro distantem, Scytharum et Romanorum ditionis limitem constituebat. Legatos quoque ad se venire jussit controversa disceptatu, non ex quolibet hominum genere et ordine, sed ex consularibus illustriores, quos si mittere intermisserint, se ipsum ad eos arcessendo in Sardicam descensurum. His litteris lectis, digresso ab imperatore Edecone, cum Bigila, qui ea, quæ Attilas verbis imperatori denuntiari voluit, interpretatus erat, quum reliquas quoque domos obiret, et in conspectum Chrysaphii spatharii imperatorii veniret, qui plurimum auctoritate et gratia apud imperatorem valebat, admirabatur barbarus regiarum domuum magnificentiam. Bigilas autem, simulaque barbarus in colloquium venit cum Chrysaphio, interpretans retulit, quantopere laudasset imperatorias adestes, et Romanos beatos duceret propter affluentes divitiarum copias. Tum Edeconi Chrysaphius dixit, fore eum hujusmodi domum, quæ aureis testis prefulgerent, compotem et opibus abundanturum, si, relicta Scythia, ad Romanos se conferret. « Sed alterius domini servum, Edecon ait, nefas est eo invito tantum facinus in se admittere. » Quæsivit ex eo eu-nuchus, an facilis illi ad Attilam pataret aditus, et num qua

καὶ ἐπιτήδειος εἶη τῷ Ἀττῆλᾳ καὶ τὴν αὐτοῦ ἄμφια τοῖς εἰς τοῦτο ἀποκεκριμένοις λογάσιν ἐμπιστεύεται φυλακήν (ἐκ διαδοχῆς γάρ κατὰ δητὰς ἡμέρας ἔκαστον αὐτῶν ἐλεγε μεθ' ὅπλων φυλάττειν τὸν Ἀττῆλαν), ἔφασκεν δὲ εὐνοῦχος, εἰςπερ πίστεις δέξοιτο, μέγιστα αὐτῷ ἐρεῖν ἀγαθό· δεῖσθαι δὲ σχολῆς· ταῦτην δὲ αὐτῷ ὑπάρχειν, εἴγε παρ' αὐτὸν ἐπὶ δεῖπνον ἔλθοι χωρὶς Ὁρέστου καὶ τῶν ἀλλούν συμπρεσευτῶν. Ὅτι σοχόμενος δὲ τοῦτο ποιεῖν, ἐπὶ τὴν ἑστίασιν πρὸς τὸν εὐνοῦχον παραγενόμενος, καὶ ὑπὸ τῷ Βιγίλᾳ ἐρμηνεῖ δεξιάς καὶ ὅρκους ἔδοσαν, ὃ μὲν εὐνοῦχος, ὡς οὐκ ἐπὶ κακῷ τῷ Ἐδέκηνοι, ἀλλ' ἐπὶ μεγίστοις ἀγαθοῖς τοὺς λόγους ποιήσιοτο, δὲ, ὡς οὐκ ἔξειποι τὰ αὐτῷ ῥηθησόμενα, εἰ καὶ μὴ πέρατος κυρήσσοι. Τότε δὴ δὲ εὐνοῦχος ἐλεγε τῷ Ἐδέκηνοι, εἰ διαδίκεις ἐς τὴν Σκυθικὴν ἀνέλοι τὸν Ἀττῆλαν καὶ παρὰ Ῥωμαίους ἥξει, ἔστεθαι αὐτῷ βίον εὐδαίμονα καὶ πλοῦτον μέγιστον. Τοῦ δὲ ὑποσχομένου καὶ φῆσαντος ἐπὶ τῇ πράξει δεῖσθαι χρημάτων, οὐ πολλῶν δὲ, ἀλλὰ πεντήκοντα λιτρῶν χρυσίου, δοθησομένων τῷ ὑπ' αὐτὸν πλήθει, ὅστε αὐτῷ τελείως συνεργῆσαι πρὸς τὴν ἐπίθεσιν, καὶ τοῦ εὐνοῦχου τὸ χρυσίον παραχρῆμα δῶσειν ὑποσχομένου, ἔλεγεν δὲ βάρβαρος ἀποπέμπεσθαι μὲν αὐτὸν ἀπαγγελοῦντα τῷ Ἀττῆλᾳ περὶ τῆς προσθείας, συμπέμπεσθαι δὲ αὐτῷ Βιγίλιαν τὴν παρὰ τοῦ Ἀττῆλα ἐπὶ τοῖς φυγάσιν ἀπόκρισιν δεξάμενον. Δι' αὐτοῦ γάρ περὶ τοῦ αὐτοῦ χρυσίου μηνύσειν, καὶ δὲ τρόπον τοῦτο ἐκπεμφῆσεται. Ἀπελγησθότα γάρ, ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους, πολυπραγμοῦσαι τὸν Ἀττῆλαν, τίς τε αὐτῷ δωρεὰ καὶ δόσα παρὰ Ῥωμαίων δέδοται χρήματα· μὴ οἶοντε δὲ ταῦτα ἀποκύρπτειν διὰ τοὺς

συμπορευομένους. Ἔδοξε δὴ τῷ εὐνοῦχῳ εῦ λέγειν, καὶ τῆς γνώμης τὸν βάρβαρον ἀποδεξάμενος ἀποπέμπει μετὰ τὸ δεῖπνον, καὶ ἐπὶ βασιλέα φέρει τὴν βουλὴν. Ὁς Μαρτιαλίον τὴν τοῦ μαγίστρου διέποντα ἀρχὴν προσμεταπεμψάμενος ἐλεγε τὰς πρὸς τὸν βάρβαρον συνθήκας. Ἀνάγκη δὲ ἐθάρρει τὸ τῆς ἀρχῆς πασῶν γάρ τῶν βασιλέως βουλῶν διάγιστρος κοινωνὸς, οἷα δὴ τῶν τε ἀγγελιαφόρων καὶ ἐρμηνέων καὶ στρατιωτῶν τῶν ἀμφὶ τὴν βασιλείαν φυλακὴν ὅπ' αὐτὸν ταττομένων. Ἐδόκει δὲ αὐτοῖς βουλευσαμένοις τῶν προκειμένων πέρι μὴ μόνον Βιγίλαν, ἀλλὰ καὶ Μαξιμίνον ἐκπέμπειν προσθευόμενον παρὰ τὸν Ἀττῆλαν, καὶ Βιγίλιαν μὲν τῷ φαινομένῳ τὴν τοῦ ἐρμηνέως ἐπέχοντα τάξιν πράττειν ἀπερ πέρι Ἐδέκηνοι δοχεῖ, τὸν δὲ Μαξιμίνον μηδὲν τῶν αὐτοῖς βουλευθέντων ἐπιστάμενον τὰ βασιλέως ἀποδόνται γράμματα. Ἐνεγέγραπτο δὲ τῶν πρεσβευομένων ἀνδρῶν ἔνεκα, ὡς δὲ Βιγίλιας ἐρμηνεὺς, δὲ Μαξιμίνος μεῖζονος ἥπερ δὲ Βιγίλιας ἀξιας, γένους τε περιφανοῦς, καὶ ἐπιτήδειος ἐς τὰ μάλιστα βασιλεῖ. Ἐπειτα δέ οὐδὲ παραταλεύοντα τὰς σπονδὰς τῇ Ῥωμαίων ἐμβατεύειν γῇ. Φυγάδας δὲ μετὰ τοὺς ἥδη ἐκδοθέντας ἐπτακαΐδεκα ἀπέ-

potestate apud Scythas esset. Ille sibi necessitudinem intercedere cum Attila, respondit, et decretam sibi cum nonnullis aliis Scythiae primoribus ejus custodiam. Nam per vices unumquemque eorum prae scriptis diebus cum armis circa Attilam excubias agere. Tum eunuchus, si fide interposita se obstringeret, inquit se maximorum bonorum illi auctorem futurum. Cui re tractandæ otio opus esse. Hoc vero sibi fore, si ad coenam rediret sine Oreste et reliquis legationis comitibus. Facturum se pollicetus barbarus cœsæ tempore ad eunuchum pergit; et per Bigilam interpretem datis dextris jusjurandum utrumque præstitum est, ab etiuno, se de rebus, quaæ Edeconi minime damno, sed fructui et commido essent, verba facturum, ab Edecone, se, quaæ sibi crederentur, non enuntiaturum, etiamsi exequi nollet. Tunc eunuchus Edeconi dixit, si in Scythiam rediens Attilam sustulerit, et Romanorum partibus accesserit, vitam in magnis opibus beate traducturum. Eunuco Edecon assensus ad hanc rem peragendam dixit opus esse pecuniis, non quidem multis, sed quinquaginta auri libris, quas militibus, quibus præsset, ut sibi ad rem impigre exsequendam adjumento essent, divideret. Quum eunuchus, nulla mora interposita, dare vellet, dixit barbarus se prius ad renuntiandam legationem dimitti oportere, et una secum Bigilam, qui Attilæ de trans fugis responsum acciperet; per eum enim se illi, qua ratione aurum sibi mitteret, indicaturum. Etenim Attilam se, simulatque redierit, percunctaturum, ut reliquos omnes, quaæ munera sibi et

quantæ pecuniaæ a Romanis dono date sint. Neque id cereare per collegas et comites licitum fore. Visus est eunucho barbarus recta sentire, et ejus est amplexus sententiam. Itaque eo a cena dimisso, ad imperatorem consilium initum detulit, qui Martialis, magistri officiorum munere fungentem, ad se venire jussum docuit conventionem cum barbaro factam: id enim illi credi et committi jure magistratus, quem gerebat, necesse erat. Nam omnium imperatoris consiliorum magister est particeps; sub cuius cura sunt tabularii, interpretes et milites, qui palati custodiae deputati sunt. Imperatore autem et Martialis de tota re consultantibus placuit, non solum Bigilam, sed etiam Maximinum legatum mittere ad Attilam.

## 8.

illud pacis beneficium haud facile inveniri et comparari possit. Non enim, ut multi existimant, pessima queque prompte et ultra in sinum hominum advolant, optima diffugunt, et sese a nobis subtrahunt; tanquam natura ita comparata sint, ut vix apprehendi et teneri possint. Pax enim ex omni parte bonum censemur.... (Deest initium orationis legati Persarum.) Ego quidem vestris verborum præstigiis moverer, nisi vos Romani, et nos Persæ essemus. Itaque ne existimetis vestras orationes ambages nos celaturas, vos vestras utilitatis causa hic venisse. Quemadmodum autem per pacem, quam proponitis, colorem timiditati vestrae quereratis, et ita vestrum dedecus, quod satis undique patet et manifestum est, tegi posse putetis, paucis ostendam. Etenim viro Persæ insolens est, superfluis verborum ambagibus extra propositum egredi et excurrere. Chosroes omnium hominum, si illi lubet, rex, quod Antiochiam cernerit, haud id sibi ornamento et laudi tribuit. Vos quidem, quod gessimus, magnū aliquid, et quod nostri terrorem pariat, existimatis, nos vero non item. Non enim rem operæ pretii ducimus, si qualecumque hostem devicerimus. Etenim eximie vincere didicimus, quum reliquum hominum genus a nobis vinci didicerit. Neque alterius ex Romanis urbibus expugnatio nos unquam ad altiores spiritus tollet. Hoc enim in nobis minime mirum, quippe quod usitatum et in promptu est. Atque hoc sufficiat ad reprehensionem nugarum, quas frustra effudistis. Romani vero, quod consueverunt, faciunt, qui primi cum Persis de pace colloquium instituunt. Vos aliqui victi in eo vincitis, quod pacis pe-

tendat celeritate prævenitis, et acceptum ex bellis dedecus hac ratione tegitis, et in eo humanitatis laudem affectatis, quod a pugnando abhorretis. Id quidem et nos, si quando tardius mentionem pacis fecissetis, etiam vincentes fecissetis. Itaque et pacem magni aestimamus, et sermones pacis admittimus. Nam generosi animi est, honestatis leges in omnibus rebus sequi. » Haec Zichus. Interpretes vero ambo rum legatorum ab utrisque pròlata explicantes, ea quæ unaquæque pars sentiebat, exposuerunt, quum in multis quoque alias sermones erupissent, quum utilitatis, tum ornatus causa, et ne propterea quod inferiores essent, pacis desiderio teneri viderentur. Persæ autem pacem continuam esse et certam auri quantitatem, ne armis uterentur, singulis annis accipere volebant. Præterea quadraginta aut ad minus triginta annorum auri præstationem uno cumulo coacervatam sibi dari, ut ab armis discederent, postulabant. Romani contra ad breve tempus foedera fieri æquum censebant, et quicquam pro pace solvere recusabant. Magno super hoc certamine exorto, quum pluribus verbis inter se disseruissent, tandem decreto sancitum est, ut per quinquaginta annos pax esset; ut Romanis Lazicam Persæ redderent; ut pacis conditions valerent et ubique observarentur, et per Orientem et per Armeniam et per ipsam quoque Lazicam: sic tamen ut triginta aureorum milia singulis annis pro pace Romani Persis præstarent. De eo quoque convenerunt, ut decem annorum tributum una prius solveretur, ita ut septem annorum summa præsenti pecunia, trium reliquo annorum, qui restabant ex decem, statim post per-

μετὰ τὴν τῶν ζ' ἑτῶν παραδομὴν, οὐκ ἐς ἀναβολὴν, κατατίθενται τῶν λοιπῶν τριῶν ἑτῶν τὴν συντέλειαν· εἰθ' οὕτω καὶ ἔκαστον ἔτος πορίζεσθαι Πέρσας τὸ ὄχρισμένον ἐνιαυσιαῖον. «Ἐδοξεῖ δὲ καὶ περὶ τοῦ κατασκαφῆναι τὸ μοναστήριον οἵκου τὸν λεγόμενον Σεβανὸν καὶ ἴδρυμένον ἐν τοῖς μεθορίοις, καὶ ἀπολήψεσθαι Ῥωμαίους τὸν τόπον, Ῥωμαίων μὲν καθεστῶτα ἀπ' ἀρχῆς, Περσῶν δὲ παραπονησάντων καὶ ἐν κατοχῇ τούτου ἥδη γενομένων, τείχει τε κατησφαλισμένων τὸ Ἰλαστήριον. Οἱ δὲ ἀλλὰ γάρ οὔτε ἐς τέλεον κατέσκαψαν, οὔτε μὴν ἐνεγέρισαν Ῥωμαίοις. Ταῦτά τοι οὐδὲ ἐν ταῖς σπονδαῖς ἐμφέρεται.» Ἐστέρχθη δὲ ὧστε τὰς λεγομένας τῇ Λατίνων διαλέκτῳ σάκρας ἐξ ἀμφοῖ τοῖν βασιλέοιν αὐτοῦ ἐπικομισθῆναι, ἐπιβεβαιούσας ἀπαντα, δια πρὸς τῶν πρέσβεων ἐμπεδωθέντα ἐτύγχανε. Καὶ τούνυν τὰ τοιάδε ἐστάλη αὐτόθι. Ξυνέβησαν δὲ καὶ ἐς τοῦτο, ὧστε κατὰ μίαν μοῖραν προελθεῖν τὴν καλουμένην σάκραν ἐκ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως, ἐπιψηφίζομένην περὶ τῶν προδοθησομένων χρημάτων τῆς τριετίας μετὰ τὸν ἔθδομον ἐνιαυτὸν, ὡς καταθήσουσι ταῦτα Ῥωμαῖοι Πέρσας. Ἐκυρώθη [δὲ] ὧστε καὶ ἐκ τοῦ βασιλέως Περσῶν δυολογίαν ἐν γράμμασι προελθεῖν, ὡς, ἡνίκα πορίσαντο Πέρσας τῶν τριῶν ἑτῶν τὸ δρειλόμενον χρυσίον, βασιλεῖ Ῥωμαίων τὸ περὶ τοῦ τοιοῦτος βεβαιωτικὸν ἀναδοθῆσται γράμμα. «Ἡ μὲν τοῦ Ῥωμαίου αὐτοκράτορος περὶ τῆς εἰρήνης δυολογία, τὴν συνήθη φέρουσα προγραφὴ, γνώριμος ἡμῖν ἐς τὰ μάλιστα τυγχάνει.» Ἡ δὲ τοῦ Περσῶν βασιλέως γράμμασι μὲν ἐγράφη Περσικοῖς, τῇ δὲ Ἑλληνίδι φωνῇ κατὰ ταῦτα δῆπουθεν ἰσχύει τὰ δήματα. «Θεῖος, ἀγαθὸς,

εἰρηνοπάτριος, ἀρχαῖος Χοσρόης, βασιλεὺς βασιλέων, εὐτυχῆς, εὐσεβῆς, ἀγαθοποίος, ὃντινοι οἱ θεοὶ μεγάλην τύχην καὶ μεγάλην βασιλείαν δεδώκασι, γίγας γιγάντων, δις ἐκ θεῶν χαρακτηρίζεται, Ἰουστινιανῷ Καίσαρι, ἀδελφῷ ἡμετέρῳ.» Η μὲν οὖν προγραφὴ οὕτω πῃ ἐδίλου, ἀτὰρ διδύναμις τῶν λεχθέντων τοιάδε ὑπῆρχεν. Εἴποιμι δὲ αὐτήν γε δῆπου τῶν λόγων τὴν συντήκην· ἀναγκαῖον γάρ ἔγωγε ὥθηται οὐν ἄλλως, ὡς ἂν μὴ ὑποτοπήσοι τις ἐτέρᾳ φράσει παρατετράθῃ τι τῶν ἀληθῶς ... εἶχεν οὕτω. «Χάριν ἀπονέμομεν τῇ ἀδελφότητι τοῦ Καίσαρος περὶ τῆς χρείας τῆς εἰρήνης τῆς μεταξὺ τούτων τῶν δύο πολιτειῶν. Ἡμεῖς μὲν Ἱεσδεγουσνάρ, θεῖοι κουβικουλαρίων, ἔκελεύσαμεν καὶ ἔξουσίαν δεδώκαμεν.» ἡ ἀδελφότητος τοῦ Καίσαρος Πέτρῳ μαχίστρῳ τῶν Ῥωμαίων καὶ Εὐσέβῳ ἔκέλευσε καὶ ἔξουσίαν δέδωκε λαλῆσαι καὶ τραχταῖσαι. Καὶ δὲ Ζίχ καὶ δι λεγόμενος παρὰ Ῥωμαίοις μάγιστρος καὶ Εὐσέβιος τὰ περὶ τῆς εἰρήνης κοινῶς ἐλάλησαν καὶ ἐτραχταῖσαν, καὶ ἐτύπωσαν τὴν εἰρήνην πεντήκοντα ἐνιαυτῶν, καὶ ἔγγραφα πάντες ἐσφράγισαν. «Ημεῖς οὖν [καθ'] δὲ Ζίχ καὶ δι μάγιστρος τῶν Ῥωμαίων καὶ Εὐσέβιος ἐποίησαν, βεβαίως ἔχομεν τὴν εἰρήνην, καὶ ἐμμένομεν αὐτοῖς.» Οὕτω μὲν ἐπὶ λέξεως εἶχεν. «Οὐμοιοτρόπως δὲ καὶ δι τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως ἐτύγχανεν οὗσα δυολογία, ἀνεύ τῆς προγραφῆς ἡς εἶχε τὸ βασίλειον γράμμα τὸ Περσικόν. Καὶ ἐν τοιοῦτος δι ξύλλογος διελύθησαν.» Εν δὲ δὴ ἐτέρᾳ ξυνελεύσει μεγαλαυχοῦντος τοῦ Ζίχ καὶ ἐπὶ Χοσρῷ βασιλεῖ κομπολογίᾳ χρωμένου, φάσκοντος τε ὡς ἀμαχώτας τέ ἐστι καὶ νίκας περιεβάλετο πολλὰς, καὶ ὡς ἐξ οὖν χρόνου τὴν κίδαριν ἀνεδήσατο,

actum septennium penderetur; deinde per reliquos singulos annos ex conventione solutio fieret. Actum quoque est de diruenda monastica domo, quae Sebanus vocatur, aedificata in confinibus, cuius aream Romani acciperent. Etenim ab initio Romanorum fuerat: sed eam Persae, quum pacem rupissent, occupaverant, et quum in ejus possessione diu fuissent, hanc aedem moenibus sepserant. Non tamen illi eam funditus demoliti sunt, neque Romanis tridicerunt. Foedera enim de ea re nihil quicquam continebant. Conventum etiam fuit, ut litteræ, quas sacras Latina lingua vocant, ab utrisque, et ab imperatore et a rege, afferrentur, quibus ratas haberent et confirmarent pacis conditiones, de quibus legati consenserant. Et haec confessim illuc sunt missæ. Conditionibus quoque adscriptum erat, ut separatum sacra sanctio ab imperatore Romano emitteretur, qua pecunias pensionis trium reliquorum annorum, qui restabant ex decem, se statim exente septimo anno Persis numerarum caverent. Pactum quoque est, ut Persarum rex cautionem interponeret, scilicet simulatque aurum, quod stipulatus erat, pro tribus annis receperisset, securitatis litteras imperatori Romano traditurum. Et Romani imperatoris pacis ratihabitio solitam præ se ferebat inscriptionem, quæ satis nota est. Persarum vero regis Persica lingua scriptæ verba Graece haec sonant: «Divinus, bonus, pacificus, summus princeps, Chosroes, rex regum, felix, pius, beneficus, cui dīi magnum imperium cum magnis opibus indulserunt, Gigas

Gigantum, ad deorum exemplar compositus, Justiniano Cæsari, fratri nostro.» Atque inscriptio erat hujusmodi. Vis autem eorum, quæ comprehensa sunt litteris, talis fuit. Referam ego ipsam verborum structuram et dispositionem. Necessarium enim esse duxi non aliter facere, ne quis suspicaretur ex veritate aliquid a me immutatum. Haec sic se habent: «Gratias agimus Cæsaris fraternaliti pro pace inter ista duo regna constituta. Nos quidem Iesdegusnapho, divino cubiculario nostro, jussimus et potestatem dedimus, id negotii confidere. Fraternitas autem Cæsaris ejus procriptionem Petro, Romanorum magistro, et Eusebio commisit, ut de pace colloquium haberent et tractarent. Et quidem Zichus, et qui a Romanis magister dicitur, et Eusebius, re inter se deliberata et perpensa, tractaverunt et in scripta redegerunt pacem in quinquaginta annos Persis et Romanis esse, et quæ scripta sunt, suis sigillis impressis approbarunt. Itaque nos omnia quæ Zichus et magister Romanorum et Eusebius de pace convenuerint, rata firma valere volumus, et conditionibus dictis stamus.» Et ista quidem ad verbum ita scripta se habebant. Eodem sensu Romanorum imperatoris ratihabitio scripta fuit, sed sine inscriptione illa, quam litteræ regis Persarum habebant. Super his solutum est inter legatos colloquium. Quum denou ad colloquium venissent et Zichus magnificis verbis jactaret et extolleret Chosroen, et diceret illum invictum esse et multas victorias retulisse, et ab eo tempore, quo cicari

ἀμφὶ τὰ δέκα ἔθνη καταγωνισάμενος κατέστητεν ἐς φόρου ἀπαγωγὴν, καὶ διὰ τὴν τῶν Ἐφθαλίτῶν κατετρέματο δύναμιν, καὶ μὲν οὖν βασιλεῖς ἔχειρώσατο πλείστους, καὶ ὡς ἀγανταῖ τε αὐτὸν καὶ τεθῆπασιν οἱ ἔκεινη βάρβαροι, καὶ ὡς κατὰ τὸ προστήκον καὶ οὐκ ἀπειχδὲ αὐτῷ ἡ ἐπωνυμία κεκόμψευται τὸ βασιλέας προσαγορεύεσθαι βασιλέων, ταῦτα καὶ τὰ τοιάδε τοῦ Ζίχ περὶ Χοσρόου μεγαληγορίᾳ χρησαμένου ἐν διηγήματι, ἔξηλθεν ὁ Πέτρος τοιάνδε ιστορίαν τινά· ὡς ἐγένετο τις ἐν τοῖς πάλαι τε καὶ ἀνωτάτῳ χρόνῳ βασιλεὺς Αἰγύπτιος, νόμος Σέσωστρις, καὶ οὖν γε συμπτένουσῆς αὐτῷ τῆς τύχης μεγάλα ἐφύσα καὶ ἔθνη μέγιστα καθείλεν, ὡς δουλαγωγῆσαι καὶ βασιλεῖς, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἀρθῆναι ἀλαζονεῖας, ὡς καὶ ὅχημα χρυσοκόλλητον συμπτήξασθαι, καὶ ἀνὸν<sup>1</sup> διπους δέον ἡ ἔτερα ἐλκυστήρια ζῆσα, τοὺς δοριαλάτους ἔκεινους βασιλεῖς ὑπαγαγεῖν τῷ Ζυγῷ, οὕτω τε διφρεύμενον διὰ τῶν λεωφόρων ἐπιφέρεσθαι (ἐπιφαίνεσθαι conj. B.) τοῖς ὑπηκόοις. Τοῦτο ἐπεὶ δογμέραι ἐπετέλει, τῶν τις βασιλέων τὸ ὅχημα ἐλκόντων κατὰ τὸ ἄκρον ἔζευγμένος, συνεχέστατά πινος καὶ λεληθότως (πεπηγότας conj. B.) εἰς τούπιστα τὸ βλέμμα ἐπιστρέφων, ἐθεάτο τὸν τροχὸν κυλινδούμενόν τε καὶ τῇ τῆς κινήσεως συνεχείᾳ ἐν εαυτῷ περιελιπτόμενον. Ἐποχούμενος δὴ οὖν ὁ Σέσωστρις (ἐπέσκηψε γάρ), «Τί δῆτα, ἔρη, τοῦτο ποιεῖς, ὦ οὗτος;» Οὐ δὲ ἀμοιβαδὸν ἔρη· «Ὄλος δέσποτα, δρῶν τὸν τροχὸν, ὡς θαμῷ περιδιούμενος οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως μένει δόθε, ἀλλὰ γάρ ἀνω κάτω φερόμενος τὴν ἀρματοτροχίαν ἐργάζεται.» Τοῦτο ἀκηκοώς δ Ἀιγύ-

πτιος, καὶ μὲν οὖν τεκμηράμενος, ὃς ἐπιανίτεται τὸ διστάθμητόν τε καὶ παλίμβολον τῆς τύχης καὶ ὡς τροχῷ κυλιομένῳ ἔοικε τὰ ἀνθρώπεια, ξυνῆκε, μὴ ἀρα καὶ αὐτὸς χρόνῳ ποτὲ τοιούτῳ προσπταίσῃ δυστυχήματι, τοῦ λοιποῦ τε ἐπιαύσατο κατὰ τὸν προλεγόμεντα τρόπον ἀρματηλατεῖν· πρὸς τοῖς [τοὺς] δεδουλωμένους οἱ βασιλεῖς ἀφῆκε καὶ ταῖς σφῶν αὐτῶν ἡγεμονίαις ἐνεβίσασεν αὐθίς. Ἐνταῦθα Πέτρῳ ἐπιαύσατο τῆς ιστορίας δ λόγος, ἐγγαλινώσαντι τὴν τοῦ Ζίχ περὶ Χοσρόου μεγαληγορίαν. Εἴτα διελέγοντο αὐθίς περὶ τῶν πρακτέων. Ἀπαντα μὲν γάρ, ὃς ἐνīη, ἀμφίδολα ἐν ταῖς καὶ κόσμῳ καθειστήκει. Τὰ οὖν περὶ Σουανίαν ἔτι ἐν μετεώρῳ ὑπῆρχε, καὶ ὑπελέπιπτο σφισι μόνα ἐπ' ἀμφιβόλῳ. Τῷ τοι ἔλεξεν δόδε Πέτρος· «Πλείστων ἐπαίνων ἀξιός ἔστον ἀνὴρ, ὃς τέλεια βουλευόμενος τελείων ἐπιθήσοι ταῖς πρᾶξεις τὸ πέρας. Εἰ γάρ ἐλλείπει τι τῶν δεόντων, ἀλλιπές οἷμα καὶ τῷ βουλευούμενῳ φρόνημα. Οὐκ εἰκῇ δὲ καὶ μάτην εἰρηται νῦν ἡμῖν δ λόγος· πρὸς σὲ δὲ φερόμενος, ὃ Ζίχ, 'Ρωμαῖοις τε καὶ Πέρσαις φανήσεται λιστιτέλεστορος. Εἰποιμ δέ πως φανερώτερον. Σουανία 'Ρωμαῖοις ὑπῆρχε, καὶ 'Ρωμαῖοι Σουάνοις ἐκέλευον. Ἀμέλει Τζαΐον Σουάνων ἐζηγουμένου Δειτατός (infra Ἑξιστατος) τις 'Ρωμαῖος ἀνὴρ τῶν ἐκεῖσε 'Ρωμαῖκῶν καταλόγον ἐτύγχανε προεστῶς· ἀλλὰ καὶ ἔτεροι τινες 'Ρωμαῖοις ἐν Σουάνοις ἐπιοῦντο τὰς διατριθέας. Διαμενείας δέ τινος [γενομένης] μεταξὺ τοῦ Λαζῶν βασιλέως καὶ Μαρτίνου τοῦ 'Ρωμαῖου τηνικαῦτα ἐκεῖσε στρατηγοῦντος, τούτου ἐνεκα δ Κόλχος οὐκ ἀπέστειλε Σουάνοις τὸ σύνθημα σιτηρέσιον· ἔθος γάρ πέμ-

redimitus fuisse, decem gentes, cum quibus dimicasset, tributum pendere coegisse, et Ephthalitarum potentiam evertisse, et multos reges subegisse, et omnes illarum terrarum barbaros ipsum colere et venerari, unde jure et merito regis regum appellationem sibi sumeret: quum hæc et huiusmodi Zichus de Chosroe prædicaret, et magnifice loqueretur, Petrus, paulum a proposito digrediens, hanc historiam recitavit. «Erat, inquit, olim priscis temporibus quidam Aegyptiorum rex, nomine Sesostris. Is, quum illi fortuna aura afflaret, magnos spiritus sumpsit, et potentes gentes domuit, et earum reges captivos fecit, eoque devenit arrogantiæ, ut currum deauratum fabricaret, et equorum et aliorum animalium vecturæ aptorum loco reges illos captivos jugo aptaret. Et ita vectus per vias publicas sese subditis exhibebat. Quæ quum quotidie factisset, accidit ut quadam die unus ex illis regibus, qui erat summo jugo aplatus, intente et desfixe vultum retrorsus, spectaret rotam se circumvolventem et continuatione motus in se ipsam revertentem. Quum id Sesostris, qui vehebatur, animadverisset, eum increpans, «Quid rerum agis?» inquit. «Contemplor, respondit ille, domine, hanc rotam, quæ se alternis frequenter in orbem circumagit, quæ nunquam eodem loco manet, sed fertur modo superiorius, modo inferius, et ita currus agitationem facit et operatur.» Hæc quum audisset rex Aegyptius, et sentiret illum indicare fortunam inconstantiam et volubilitatem, quæ semper volvitur, neque eodem loco permanet, et rotæ semper volventi res hu-

manas similes esse: veritus ne ipse post hac in aliquo calamitatem incideret, abstinuit deinceps eo modo, quo diximus, vehi, et præterea reges apud se servitum servientes in sua regna, ut illuc, quemadmodum antea, regnarent, dimisit.» Hic finem accepit Petri sermo historiam recitantis, quo Zichi magniloquentiam repressit. Deinde disseruerunt de his que agenda restabant. Cetera enim omnia, quoad ejus fieri potuerat, quæ in controversia fuerant, composita transactaque erant, exceptis quæ ad Suaniam pertinebant, quæ sola in suspenso adhuc et incerta manebant. Itaque Petrus Zicho dixit: «Multis laudibus vir ille dignus est, qui perfecte utilia suadet, eademque perfecte ad exitum perducit. Etenim, si quid in his deest, imbecillitati opinor judicii ejus, qui negotium suscepit, attribuitur. Non immerito neque temere hæc a me habetur oratio, quæ ad te directa, o Ziche, tandem in magnam Romanorum et Persarum utilitatem est redundatura. Dicam ego paullo apertius. Suanis ditionis Romanorum fuit, et Suanis Romani imperarunt. Quo tempore autem Tzathius eorum dux erat, Dilatus quidam, Romanus, præerat Romanis militibus, qui illic in præsidio agebant: tum quoque multi Romani inter Suanos domicilium habebant et commorabantur. Orta quadam inter Lazorum regem et Martinum, Romanorum tunc temporis in his partibus ducem, discordia, Colchus mittere Suanis præstari solitum frumentum recusavit. Mos enim erat mitti a rege Colchorum frumentum. Suanis graviter et iniquo animo tulerunt, se

πεσθαι σίτον ἐκ τοῦ Κόλχων βασιλέως. Διὸ δυσανα-  
σχετοῦντες οἱ Σουάνοι τῷ τῶν νενομισμένων στερηθῆ-  
ναι, κατάδηλον ἐποίησαντο Πέρσαις, ὃς, εἰ γενήσοιντο  
αὐτοῦ, Σουανίαν ἔγχειρίσουσιν αὐτοῖς. Ἐν τοσούτῳ  
Ἐξισάτῳ καὶ τοῖς ἑτέροις ἡγεμόσιν τῶν Ῥωμαϊκῶν  
ταγμάτων ἔφησαν, διτοι « Πολυπληθία Περσῶν ἀγγέλλε-  
ται χωροῦσα κατὰ Σουάνων, πρὸς ἣν ἀξιώμαχον οὐκ  
ἔχουμεν δύναμιν. Ἀλλὰ τὸ συνοῖστον βουλεύεσσας, ξὺν  
τοῖς ἐνταῦθα Ῥωμαίων καταλόγοις ὑποχωροῦντες τῇ  
Μηδικῇ στρατεῇ. » Τοσούτῳ χρηστάμενοι Σουάνοι δόλῳ,  
καὶ δώροις ἀναπεισαντες τοὺς τῶν καταλόγων ἐπιστά-  
τας, ἀπεβάλλοντο παρὰ σφῶν τὴν Ῥωμαίων φυλακήν.  
Οἱ δὲ Πέρσαι ξὺν τάχει παραγενόμενοι Σουανίαν θλα-  
σθον. Ληπτέον οὖν ἐντεῦθεν, ὃς καὶ Ῥωμαίων ἀνέκαθεν  
ὑπῆρχεν, καὶ Ῥωμαίοις ὅρμοζε τήμερον. Εἰ γάρ δι-  
καιότατα Λαζικῆς κύριοι καθεστήκαμεν, καθὰ δῆπουθεν  
ὑμεῖς ἐψηφίσασθε, Σουανίας τῆς ὑπὸ Λαζικῆν οὐκ ἀπὸ<sup>1</sup>  
τρόπου δεσπόσομεν. » Οἱ δὲ Σουρῆνας ἔφη « Ἀχθεσθε  
μᾶλλον Ῥωμαῖοι, διτοι ἔθνος αὐθαίρετα καὶ ἔκουσίως  
προσεπέλασεν ήμιν. » Οἱ Ζίχινοι πολαθῶν ἔφη « Αὐτόνομοι  
γεγόνασι Σουάνοι, καὶ οὐ πώποτε τῇ Κόλχων ὑπεκλιθη-  
σαν ἀρχῇ. » Αὗθις δὲ τὸν Ζίχην ἔλεξεν δι Πέτρος. « Εἴγε  
μή βούλει, ὡς Ζίχη, ἐν τοῖς τῆς εἰρήνης συμβουλαῖς  
ὅνομα τὸ Σουανίας ἔγχαράξαι, σήμανον, ὃς ἀπόδιδως  
μοι Λαζικῆν ξὺν τοῖς ὑποτεταγμένοις ἔθνεσιν αὐτῇ. »  
Οἱ Ζίχη, « Εἰ τοῦτο, ἔφη, ποιήσω, ἀδειά σοι δοθή-  
σται καὶ περὶ Ἰενηρίας ἀμφισσητεῖν, κατ' ἔουσιν τε  
εἴποις ἂν, ὃς καὶ αὐτὴ κατήκοος ἔγεγόνει Λαζῶν. »  
« Εν δηλώσει δὲ, » δι Πέτρος, « γεγένησαι, ὡς Ζίχη, ὃς

οὐ βούλει πᾶσαν ἡμῖν ἀπόδοῦναι Λαζικήν, ἀλλά τινα  
μοῖραν αὐτῆς. » Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἔτερα Ῥωμαῖοι  
τε καὶ Πέρσαι εἰπόντες τε καὶ ἀκηκόστες Σουανίας  
πέρι, ὅμις οὐ ξυνέβησαν. Δοκεῖ τοιγαροῦν αὐτοῖς περὶ<sup>2</sup>  
τοῦ τοιοῦδε τὸν βασιλέα ἐπισκοπῆς ται Περσῶν. Καὶ  
ὅρκι ἐπιστώσατο δι Ζίχη, ἢ νενόμισται Πέρσαις ὀμνύειν,  
ξυνεπιλαβέσθαι Πέτρῳ ὡς Χοσρόην ἀφικνουμένῳ ἔνεκα  
Σουανίας. Εἶτα τοῦ Ζίχη τοὺς περὶ Ἀμβρου τοῦ Ἀλα-  
μουνδάρου τοῦ τῶν Σαρακηνῶν ἡγουμένου κινήσαντος  
λόγους, φάσκοντός τε, διτοι γε δῆπου καὶ αὐτὸν, ὡςπερ  
καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ ἡγεμόνα τοῦ Σαρακηνικοῦ, κομί-  
ζεσθαι καρον τὰς ἔκατὸν χρυσίου λίτρας, ἀντεῖπεν  
δι Πέτρος, ὥστε « τὸν πρὸ Ἀμβρου ἡγεμόνα δωρεῇ τινι  
ἀγράφῳ, δσφ ἀν ἡβούλετο χρυσὶ καὶ δπηνίκα, δ καθ'  
ἡμᾶς ἐφιλοφρονεῖτο δεσπότης. Τοιγαροῦν ἐστέλλετο  
τῇ ταχυτῇ τῶν δημοσίων ἱππων ὁχούμενος ἀνήρ  
ἀγγελιαφόρος δι τὸν Σαρακηνὸν, ἀποκαταστήσων οἱ  
τὸ διπερ ἐντύχανεν αὐτῷ πεμφθὲν πρὸς τοῦ Ῥωμαίου  
βασιλέως. Οὕτω τε ἐς τοῦμπαλιν ἐκ τοῦ Σαρακηνοῦ  
οἱ βασιλέας τὸν ἡμεδαπὸν ἐπέμπετο δωροφορῶν πρε-  
σβευτῆς. Εἴτα ἀντιδώρῳ αὐθίς ἐφιλοφρονεῖτο τὸν Σαρα-  
κηνὸν δ καθ' ἡμᾶς αὐτοκράτωρ. « Εἰ βούλεται οὖν  
καὶ Ἀμβρος κατὰ ταῦτα ποιεῖν, εἰ δοκεῖ καὶ τῷ καθ'  
ἡμᾶς βασιλεῖ \* εἰ δέ γε οὐ βούλεται, κινεῖ τηνάλλως,  
πρός γε καὶ ἡλιθιώτατα φρονεῖ. Ἀποίστεται γάρ οὐδὲν  
διτοι. » Τούτων διαμφισθητήδεντων καὶ ἑτέρων, ἐγρά-  
φησαν αἱ πεντηκοντούτιδες σπονδαὶ Περσιστὶ καὶ Ἑλλη-  
νιστὶ, μετεβλήθη τε τὸ Ἑλληνικὸν εἰς Περσιδά φωνὴν  
καὶ τὸ Περσικὸν εἰς Ἑλληνίδα. Οἱ δὲ τὰς ξυνθήκας βε-

drivatos esse his, quae sibi ex conventione debebantur. Quamobrem significarunt Persis, se, si illuc accederent, eorum manibus Suaniam tradituros. Eodem tempore Exisato et reliquis Romanis ordinum ducibus dixerunt, magnam Persarum manum Suanis bellum inferre nuntiari. Quamobrem quon non idoneas ad resistendum haberent copias, petere ut ipsorum salutis causa cum Romanorum copiis exercitui Persarum obviam irent. Hoc dolo Suanis usi, et donis demeriti legionum nostrarum duces, Romanorum praeſidium ejecerunt. Persæ autem celeriter accedentes, Suaniam suæ potestatis fecerunt. Hinc facile est intelligere, olim Romanorum juris suisce Suaniam, hodieque jure illis competere. Nam si optimo jure constituti sumus domini Lazicæ (sic enim et vos jampridem æquum censuistis), non absque ratione Suania, quæ infra Lazicam sita est, in nostrum jus dominiumque cedere debet. » Cui Surenas respondit : « Iniquiori animo et gravius ista fertis, o Romani, quod ea gens sua sponte et ultro sese nostræ potestati permisit. » Zichus ejus verba suscipiens : « Suanis suis legibus sunt usi, inquit, neque unquam Colchorum imperio paruerunt. » Tum Petrus : « Si tu, o Ziche, Suanæ nomen in conventione pacis omitti mavis, hoc tamen commemora, te mihi Lazicam reddere cum gentibus quæ huic regioni subjectæ sunt. » — « Si hoc facio, inquit Zichus, aditus tibi aperietur de Iberia quoque controversiam mouere. Nam in tuo arbitrio erit dicere, ipsam quoque subjectam fuisse Lazis. » — « Manifestum est igitur, o Ziche, te nolle nobis

integram Lazicam restituere, sed ejus partem. » — Multa etiam alia ultra citroque Persæ et Romani et dixerunt et audierunt de Suania, neque tamen convenire potuerunt. Sed totam rem ad regis Persarum arbitrium rejecerunt, apud quem Zichus se Petro neque studio neque gratia defuturum, quon primum ad Chosroem redisset, jurejurando, quod apud Persas sacrosanctum habetur, fidem suam obstrinxit. Deinde Zichus sermonem movit de Ambro, Alamundari filio, Saracenorum duce, dixitque illi deberi centum libras, et aequum esse ut eas acciperet, sicut et is qui ante Saracenorum dux fuerat. Contra dixit Petrus : « Saracenorum ducem, qui ante Ambrum fuerat, imperator noster libero auri dono nullis litteris obstricto, quando ipsi placebat, ornare solebat. Mittebatur igitur ad Saracenum nuntius, qui, vectus celeritate equorum publicorum, redderet quod illi imperator donatum volebat. Invicem Saracenus per legatum, quem mittebat, imperatorem nostrum donis sibi conciliabat. Tunc iterum imperator vi-  
cissim aliqua liberalitate Saracenum sibi devincire studebat. Si Ambrus igitur ita facere decreverit, et imperatori nostro idem placuerit, bene est; sin minus, frustra contendit, et demens est, neque quicquam impetrabit. » Haec et alia multa quon inter se agitassen, foederum in quinqua-  
ginta annos conditions sunt perscriptæ Graece et Persice. Deinde Graeca in sermonem Persicum, et Persica in Grae-  
cum sunt translata. Foederibus autem scribindis et faciendi assuerunt e Romanis Petrus, dux militum qui circa im-  
14

Ειοῦντες Ῥωμαίων μὲν Πέτρος ὁ τῶν περὶ βασιλέα καταλόγων ἡγεμὸν καὶ Εὐσέβιος καὶ ἔτεροι, Περσῶν δὲ ὁ Ἱεσδεγουστνάφ καὶ Σουρήνας καὶ ἔτεροι. Τῶν οὖν ἐξ ἑκατέρου μέρους δυοις γιῶν ἐν συλλαβαῖς ἀναληφθεισῶν, ἀντιπαρεβλήθησαν ἀλλήλαις τῷ ἴσοδυνάμῳ τῶν ἐνθυμημάτων τε καὶ ὥμημάτων. Ὅσα δὲ ἐσήμηνε τὰ τῆς εἰρήνης γραμματεῖα, λελέκεται. Καὶ δὴ δόγμα ἔγραψη πρῶτον, ὃς διὰ τῆς στενοπορίας τῆς εἰσόδου τοῦ λεγούμενου Χορουτζὸν καὶ τῶν Κασπίων πυλῶν μὴ ἐφεῖναι Πέρσας ή Ούννους ή Ἀλανούς ή ἐτέρους βαρβάρους πάροδον ποιεῖσθαι κατὰ τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας· μῆτε δὲ Ῥωμαίους ἐν αὐτῷ δήπου τῷ χώρῳ, μῆτε μὴν ἐν ἀλλοις Μηδικοῖς δρίοις στράτευμα στέλλειν κατὰ Περσῶν. Δεύτερον, ὃς ἂν οἱ σύμμαχοι Σαρακηνοὶ ἐκατέρας πολιτείες ἐμμένονται καὶ οἱ τοῖς βεβαιωθεῖσι, καὶ μῆτε τοὺς Περσῶν κατὰ Ῥωμαίων, μῆτε τοὺς Ῥωμαίων διπλέζεσθαι κατὰ Περσῶν. Κατὰ τρίτην τάξιν, ὡστε τοὺς ἐμπόρους Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν τῶν διοιωνοῦν φορτίων, τούτους δὲ καὶ τοὺς τοιούσδε ποριστὰς κατὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς κρατῆσαν ἔθος ἐμπορεύεσθαι διὰ τῶν εἰρημένων δεκατευτηρίων. Δ', ὃς ἂν οἱ πρέσβεις καὶ οἱ τῇ ταχυτῇ γρόμενοι τῶν δημοσίων Ἰππῶν πρὸς τὰς ἀπαγγελίας, δὲν ἐς τὰ Ῥωμαίων, δὲν ἐς τὰ Περσῶν ἥθη ἀφικνούμενοι, κατὰ ταύτην τὴν ἀξίαν καὶ τὸ προσήκον ἔκαστοι τιμῆσθαι, καὶ τῆς δεούσης τεύχονται ἐπιμελεῖας· ἀπαλλάττεσθαι τε σφᾶς μὴ χρονοτριβοῦντας· ἀλλὰ γάρ καὶ τὰς ἐμπορίας, ἀς ἐπιφέρονται, ἀμοιβάζειν ἀκωλύτως τε καὶ ἀνευ συντελείας τινός. Ε' δειτυπώθη, ὡστε τοὺς Σαρακηνοὺς καὶ τοὺς ἐποιουσδύν βαρβάρους ἐμπόρους ἐκατέρας πολιτείας μὴ διὰ ζένων ἀτραπῶν ποιεῖσθαι

τὰς πορείας, μᾶλλον μὲν οὖν διὰ τῆς Νισίθεως καὶ τοῦ Δάρας, μῆτε μὴν ἀνευ κελεύσεως ἀρχικῆς ἵεναι κατὰ τὴν ἀλλοδαπήν. Εἰ μέντοι παρὰ τὸ δοκοῦν τολμήσωσι τι, ζγουν, τὸ λεγόμενον, κλεπτοτελωνήσουσιν, ἀνιγνεομένους ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς δρίοις ἀρχόντων ἔνν τοῖς δσα ἐπιφέρονται, εἴτε Ἀσσύρια φορτία εἰεν εἴτε Ῥωμαῖα, παραδίσοσθαι εὐδύνας ὑφέζονται. Γ', ὃς εἰ τινες, ἐν ὅ γρονιψ δόλεμος ἔκειστήκει, ηὐτομόλησαν, τοῦτο μὲν ὡς Πέρσας ἀπὸ Ῥωμαίων, τοῦτο δὲ ἀπὸ Περσῶν ὡς Ῥωμαίους, εἴγε βούλοιντο οἱ προσκεχωρηκότες ἐς τὰ οίκοι ἐπαναστρέψειν, μὴ γίνεσθαι σφιστον ἐμποδὸν μῆτε μὴν καλύμη χρήσασθαι τινι. Τοὺς μέντοι ἐν καιρῷ εἰρήνης αὐτομόλους ζγουν καταρεύγοντας ἐξ ἐτέρων εἰς ἐτέρους μὴ ὑποδέχεσθαι, ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου καὶ ἀκοντας ἐγχειρίζεσθαι τοῖς ἐξ ἓν καὶ ἀπέδρασαν. Ζ' μέρος τῶν σπονδῶν, ὡστε τοὺς ἐπεγκαλοῦντας περὶ τοῦ σίνεσθαι τι σφᾶς τοὺς ἀντιπολιτευομένους δίκῃ τέμενοσθαι τὸ φιλονεικούμενον, ἢ δι' ἔαυτῶν τῶν τὴν βλάβην πεπονθότων ἢ δ' οἰκείων ἀνδρώπων ἐν τοῖς μεθορίοις παρὰ τοῖς ἀρχουσιν ἐκατέρας πολιτείας ἔκεινται· οὔτω δὲ τὸν ζημώσαντα ἀκέσασθαι τὸ σκάζον. Η', ὡστε τοῦ λοιποῦ μὴ ἐγκαλεῖν Πέρσας Ῥωμαίοις ἔνεκα τοῦ ἐπικτίζεσθαι τὸ Δάρας, ἔδοξε καὶ ἀμφοτέρων πολιτείαν τοῦ λοιποῦ μηδαμῶς ἐπιτείχειν, ζγουν περιοχῇ τινι κατασφαλίζειν τι τῶν ἐν τοῖς δροθεσίοις χωρίων, ἵνα μὴ πρόφασις ἐντεῦθεν ἔσοιτο ταραχῆς, καὶ ἐκ τούτου διαλυθῆσονται αἱ σπονδαί. Θ', μὴ ἐπίεναι ἢ πολεμεῖν ὑπηκόῳ ἔθνει ἢ χώρᾳ τινὶ ἀλλη τοὺς ἐτέρας πολιτείας· μᾶλλον μὲν οὖν ἀνευ βλάβης καὶ κατ' οὐδὲν διοιν πηματινομένους ἐν τῷ αὐτῷ μένειν, ὃς ἂν καὶ οἰδε ἀπολάυσιον τῆς εἰρήνης.

peratorem militabant, Eusebius et alii, ex Persis Iesdegus-naph, Surenas et alii. Quum igitur conventiones ab utraque parte litteris mandatae essent, ultramque inter se comparant, ut verba et sententiae idem valerent. Quae autem pacis libelli continerent, dicentur. Primum decretum fuit: ne per angustias ejus introitus, qui Chorutson (*Tzur ap. Procop.*) appellatur, et portas Caspias Persæ aut Hunnos aut Alanos aut alios barbaros in Romanorum fines transire sine-rent, neve Romani in ea loca aut in aliam quamcumque partem finium Medicorum exercitum contra Persas mitte-rent; secundo loco decretum est ut Saraceni, utriusque ci-vitatis socii, eadem pacta servarent, neque hi qui Romanorum partium essent, contra Persas, neque qui Persarum, contra Romanos arma ferrent; tertio capite ca-vetur ut Romani et Persæ quarumcunque mercium mer-catores et negotiatores secundum veterem morem neque in alijs locis, quam in quibus decimarum solutio est indicia, mercaturas faciant; quarto loco decretum, ut legati et reliqui, qui, quum quid nuntii perferant, equis publicis utantur, tum qui per Romanorum, tum qui per Persarum regiones iter habeant, pro cujusque gradu et dignitate honore afficiantur, et debita cura excipientur, neque cunctentur, et merces si quas afferant, permuted sine ullo impedimento aut tributi exactione; quinto loco sancitum est, ne mercatores Saraceni aut alii quicunque barbari in amborum regum regionibus per incognitas et

minime tritis vias incedant, sed Nisibim aut Daras petant, neque sine jussu principum alienam regionem adeant. Si quid tamen praeter quod statutum est audeant, aut, ut di-citur, vectigalia fraudaverint, si deprehendantur ab his qui limitibus præsunt, una cum mercibus quas vehunt, sive sint merces Assyriæ sive Romanæ, poenas et multcas a legibus statutas luant; sexto loco decretum est ut his qui, dum bellum erat, sive a Romanis ad Persas, sive a Persis ad Romanos transierunt, si regredi et ad sua redire voluerint, nullum impedimentum aut molestia fiat; sed qui per pacem deinceps aufugient et migrabunt ex alterius ditionis terris, in alterius regionem minime admittantur, sed omni modo etiam inviti reddantur his a quorum dominatu effu-gerunt; septima pars fœderum fuit, ut, si qui quererentur sibi quid damni illatum esse a contrarie partis civibus, iudicio dirimatur controversia sive per eos ipsos qui injuriam passi sint, sive per certos homines, qui in confiniis apud utriusque partis præfectos convenient, et ita, qui peccava-terit, damno medeatur; octavo capite, ut in posterum Persæ Romanis non succenseant, quod Daras muniant, placuit utramque rem publicam a muniendis locis prope fines sitis porro abstinere, neque ea muris et propugnaculis circumdare, ne inde turbarum occasio na-scatur, et fœdera dissolvantur; nono loco placuit neminem invadere aut bello lassessere gentem aut regionem, quaē sub alterutrius imperio sit, sed potius omnes nulla injuria

I', ὧστε μὴ πολυπληθίαν στρατοῦ ἔς τὸ Δάρας ἐνικά-  
νειν, πλὴν ὅστι γε ἀρχέσει πρὸς φυλακὴν τοῦ ἀστεος·  
μήτη δὲ τὸν τῆς ἑω στρατηγὸν κατὰ ταύτην ἐνιδρύσθαι,  
τοῦ μὴ ἐκ τοῦ τοιοῦδε ἐπιδρομᾶς ἢ βλάσφας γίνεσθαι κατὰ  
Περσῶν. Εἰ δέ γε ἄρα τι τοιοῦτον ξυνενεχθείη, ἐπαγιώθη  
τὸν ἄρχοντα τοῦ Δάρας διατιθέναι τὸ πλημψεληθέν.  
Μία πρὸς τῇ δεκάτῃ τῶν σπονδῶν βεβαιώσις, ὧστε, εἰ  
πόλις ἔτεραν ἡγημασίει πόλιν ἢ διπωσοῦν διαφέρειν τι  
τῶν αὐτῆς, μὴ τῷ νόμῳ τοῦ πολέμου μήτε μὴν δυνάμει  
στρατιωτικῆ, ἀλλας δὲ δόλῳ τινὶ καὶ κλοπῇ — εἰσὶ  
γάρ τοιοῖς τινὲς ἀνοσιούργοι οἱ ταῦτα πράσσοντες, ὡς  
ἄν πολέμου ἔστοι πρόφασις· ἐθεβαιώθη τοιγαροῦν τὰ  
τοιουτότροπα ἀναζητεῖν ἐς τὸ ἀκριβές, καὶ ἐπανορθοῦ-  
σθαι τοὺς δικαστὰς τοὺς ἐν τοῖς πέρασιν ἔκατερας πολι-  
τείας ἰδρυμένους. Εἰ δέ γε αὐτὸι οὐκ ἔσονται ἵκανοι  
ἀναστέλλειν τὰς πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀστυγειτῶν φθο-  
ράς, ἐστέργηθη, ὧστε τὴν διαδικασίαν ἀναπέμπεσθαι  
ὡς τὸν τῆς ἑω στρατηγὸν, ὡς, εἴ γε εἰσὼ μηνὸν ἐξ μὴ  
τυγχείνη τὰ τῆς ἀμιλῆς καὶ δὲ ἡγημασίεις μὴ λήψεται  
τὸ ἀπολαός, τὸν ἀδικήσαντα λοιπὸν ἐπὶ ποιηῆ ἐς τὸ  
διπλάσιον τῷ ἀδικημένῳ εἶναι ὑπεύθυνον. Ως, εἴ γε  
μηδὲ οὕτω πέρας ἔσοι, διετυπώθη τὸ πονοῦν μέρος  
πρεσβείαν στέλλειν ὡς τὸν βασιλέα τοῦ ἀδικήκοτος.  
Εἴτα εἰ μηδὲ ἐπὸ τοῦ βασιλέως γενήσεται οἱ τὸ ἀπο-  
χρῶν καὶ διπλοῦν τὸ δρλήθὲν ἀναλήψεται κατὰ τὸ ὠρι-  
σμένον ἐντὸς ἐνιαυτοῦ, ὅσον ἐπ' ἔκεινῷ τῷ δόγματι  
διαλελύσθω τὰ τῶν σπονδῶν. Δευτέραν πρὸς τῇ δεκάτῃ  
μοῖραν τῶν σπονδῶν κατανοήσεις τὰς πρὸς θεὸν ἱκετείας,  
ἔτι τε καὶ τὰς ἀράς, οἷον τῷ μὲν στέργοντι τὴν εἰρήνην  
εἶναι τὸν θεὸν Πλεών τε καὶ ξύμμαχον διὰ παντὸς, τῷ

δὲ ἀπατηλῷ τῶν τε ἐμπεδωθέντων νεοχμῶσαί τι βου-  
λομένω τὸν θεὸν ἔσεσθαι ἀντίπαλον τε καὶ πολέμιον.  
Τρίτη πρὸς τῇ δεκάτῃ τῶν νομισθέντων Ἰσχὺς, πεντη-  
κοντούτιδας εἶναι τὰς σπονδὰς, ἐρρῶσθαι τε τὰ τῆς εἰρή-  
νης ἐπὶ πεντήκοντα ἐνιαυτοὺς, ἀριθμουμένου τοῦ ἐνιαυτοῦ  
κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος, ἔκαστου ἔτους τῇ τριακοσιοτῆτῇ καὶ  
ἔκκοστῇ καὶ πέμπτῃ ἡμέρᾳ περατουμένου. Ἰσχὺσαι δὲ  
καὶ τούτῳ, καθὰ ἔφην, ὧστε ἐξ ἀμφοῖν ἀποκομισθῆναι  
συλλαβὰς ἔκεισε, δηλούσας δὲς καὶ ἀμφα στέρξαι ταῦτα  
ἐφ' οἵς ἐθεβαίσαν οἱ πρέσβεις. Πέρας τε δεξαμένων τῶν  
συνηθικῶν, ἀντεδόθησαν αἱ λεγόμεναι σάκραι. Τούτων δὲ  
δοξάντων καὶ ἴσχυροποιηθέντων ἐκτὸς ἐνομίσθη τὰ περὶ  
τῶν ἐν Περσίδι Χριστιανῶν, ὧστε καὶ νεώς ὀικοδομεῖν  
καὶ ἐπιθείαζεν σφᾶς ἀδεῶς, καὶ τοὺς χαριστηρίους  
ὑμνους, καθὰ νενόμισται ἡμῖν, ἀκωλύτως ἐπιτελεῖν,  
ἀλλὰ γάρ μήτε καταναγκάζεσθαι μαγικὴν μετιέναι  
θρησκείαν, μήτε μὴν θεοκλυτεῖν ἀκουσίας τοὺς παρὰ  
Μήδοις νενομισμένους θεούς. Καὶ οἱ Χριστιανοὶ δὲ,  
ὧστε ἡκίστα καὶ οἵδε τολμῆν μετατίθεναι μάγους ἐς  
τὴν καθ' ἡμᾶς δόξαν. Ἐκράτησε δὲ ὧστε καὶ τοὺς θυή-  
σκοντας τοῖς Χριστιανοῖς ἐπ' ἔξουσίας εἶναι θάπτειν ἐν  
τάφοις, ἢ νενόμισται παρ' ἡμῖν. Τούτων οὕτω προσλ-  
όντων καὶ ἐν κόσμῳ καὶ τάξει γενομένων, ἐπεὶ ἀνεδέ-  
ξαντο οἱ γε ἐς τοῦτο τεταγμένοι τὰς συλλαβὰς τοῖν δυοῖν  
βιβλίοιν, καὶ ἀπηκρίθωσαν τῷ ἴσορρόπῳ τε καὶ ἴσοδυ-  
νάμῳ τῶν ἥρημάτων τὰ ἐνθυμήματα, αὐτίκα οὔγε ἴσο-  
γραφα ἐτερα ἐπετέλουν. Καὶ τὰ μὲν κυριώτερα ξυνειλη-  
θέντα τε καὶ κατασφαλισθέντα ἐκμαγείοις τε κηρίνοις,  
ἔτεροις τε οἵς εἰώθασι Πέρσαι χρῆσθαι, καὶ ἐκτυπώ-  
μασι δακτυλίων ὑπὸ τῶν πρέσβεων, ἔτι μὴν καὶ ἐρμη-

lacessitos eodem statu manere, ut illis quoque pace frui li-  
ceat; decimo loco cautum est ne magna militum manus  
Daras ultra quam custodiendo oppido sati sit, conveniat,  
neque dux Orientis circa ea loca commoretur, ne fiant inde  
excursions in Persas et damna illis inferantur. Quodsi  
quid tale contigerit, statutum est ut praefectus Daras op-  
pidi damnum rependat. Undecima federis conditio hæc est :  
Si una civitas alteri detimento fuerit, et quocumque modo,  
non legitimo bello, neque exercitus vi, sed dolo et clande-  
stina invasione damnum intulerit (sunt enim multi homines  
ad hujusmodi facinora perpetranda admodum proclives, quo  
belli inde occasio oriatur), statutum est ut in ejusmodi in-  
jurias diligenter inquiratur, et judices, qui in utriusque  
regni confiniis iuri dicundo sunt præpositi, in eos animad-  
vertant. Qui si coercendis finitimorum dissidiis non sufficiant,  
sancitur ut disceptatio ad praefectum Orientis transmittatur;  
qui si intra sex menses concertationes illas non rese-  
cuerit, et damno affectus non receperit quod perdidit,  
eum qui injuriam intulit, obnoxium fore alteri in duplum.  
Si ne sic quidem res finem acceperit, pars quæ oppresa  
fuerit legationem mittat ad regem ejus qui vim fecerit, a  
quo rege damnum si non rependatur, neque duplice in-  
juria restitutionem læsus intra prescriptum anni tempus  
accipiat, fœdus hoc quidem capite violatum erit. In duo-  
decima federum parte videbis ad deum preces, et exsecra-  
tiones quoque, scilicet ut deus pacem colenti sit propitius

et perpetuus adjutor : contra decipienti et aliquid in conditionibus novare cupienti hostis et inimicus. Tertio et de-  
cimo capite additur, quinquaginta annos durare pacem : annum numerandum  
esse, secundum morem antiquum, qui terminatur trecentesimo  
sexagesimo quinto die. Illud quoque obtinere, ut  
utrimque, sicuti dictum erat, afferrentur litteræ, quæ de-  
clararent, utrumque regem approbare ea quæ a legatis  
gesta transactaque essent. Constitutis igitur pacis conditionibus,  
mutuo sunt traditæ quæ vocantur sacrae. His ita  
decretis et confirmatis, separatim pacta sunt interposita de  
Christianis qui in Perside vivunt, ut illis liceret tempia  
construere, et sine ullo timore sacra peragere, et gratiarum  
actiones per hymnos deo, sicut apud nos fieri solet, canere,  
neve cogerentur magicis ceremoniis interesse, aut invitatos  
colere et venerari, qui apud Medos deorum numero haben-  
tur. Neque tamen ideo Christiani auderent conari magica  
sectantes in nostram religionem pertrahere. Obtinuit quo-  
que ut Christianis potestas esset mortuos sepulcris condere,  
sicuti mos apud nos obtinet. Hæc quum ita rite et ordine  
gesta administrataque fuissent, litteras hi, quibus ejus rei  
cura demandata erat, duobus libellis exaratas suscepserunt,  
et earum vim et sensum accurate inter se contulerunt,  
quarum statim altera exempla conferuerunt. Et quidem eae  
tabulæ, quibus plenior fides haberetur, diligenter involuta,  
et securitatis causa cera et aliis rebus quæ apud Persas

νέων δέκα πρὸς τοῖς δύο, ἐξ μὲν Ρωμαίων, οὐχ ἡτού δὲ Περσῶν, ἀμοιβαίρ τῇ δόσει τὰ τῆς εἰρήνης βιβλία παρέσχοντο ἀλλήλοις. Τὸ μὲν τῇ Περσῶν φωνῇ γεγραμμένον ἐνεχείρισε Πέτρων Ζίχ, καὶ Πέτρος δὲ τῷ Ζίχ τῷ τῇ Ἐλληνίδι· καὶ αὖθις τοῦ Ζίχ τῷ Ισορροποῦν τῇ Ἐλληνὶδι βιβλίον γράμμασι Περσικοῖς διαστεπασμένον, ἀνε τῆς τῶν ἐκτυπωμάτων ἀσφαλείας, εἰληφότος, [έ] τὸ σωθῆσθαι οἱ τὰς μνήμας, καὶ Πέτρος οὐκ ἀλλοὶ ἐπετέλεσεν ἀμοιβαίων. Εἶτα ἐπὶ τούτοις διελύθησαν, τῶν τε δρίων ἀπὸ ἔγενοντο, καὶ δὲ Ζίχ εἰς τὰ πάτρια ἥντι ἐπορεύετο. Ατὰρ δὲ Πέτρος ἔμεινεν αὐτῷ, ἐπιθειάσων τῇ γενεθλίᾳ ἑορτῇ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ· ἥδη γάρ προσεπέλαζε τῆς ἡμέρας τὸ σέβας. Ἔτι δὲ καὶ τῇ τοῦ θεοῦ ἐπιφανείᾳ τὰ νόμιμα ἀγιστεύσας, μετὰ ταῦτα ἐπέβη τῆς Περσῶν. Καὶ ἐν τούτῳ πέρας εἰλήφει τὰ τῶν ξυνθηκῶν. Πρὸ δὲ ὅτι τῆς ἀναχωρήσεως τῶν πρεσβεων, παραγενομένων τινῶν Περσῶν εἰς τὸ Δάρας, οἵ τὸ τοιόνδε ἐν φροντίσιν ὑπῆρχεν, ἀμα ἐνίοις τῶν ἔρμηνέων καὶ τοῖς τῶν πλαστίγγων ἐπιστάταις, ἀπεκάτεστη τοῖς περὶ τὸν Ζίχ τὰ διφεύδομενα χρύματα τῶν ζ' ἐνιστοῦν, ἐφ' οἷς αἱ ξυνθήκαι προῆλθον. Ως δὲ Πέτρος ἀφίκετο πρὸς βασιλέα Περσῶν ἐν τῷ προσαγρευομένῳ Βιθαρμαῖ, διαλεχθησόμενός οἱ περὶ Σουανίας, ἐς τὰ βασίλεια προελθὼν ἔλεξεν ὁδε· « Ἡκομεν, ὁ βασιλεὺς, παρὰ σὲ, τὸ μὲν ἐν βεβαίῳ τὴν εἰρήνην ἔχειν εὐτυχήσαντες ἥδη, τὸ δὲ καὶ ὁψὲ γοῦν τευχόμενοι τῶν δικαιοτέρων παρὰ σοῦ μὴ ἀχθόσμενοι. Οὐ γάρ τὸ παρὸν εὗ διαθεῖς καὶ σχεδιάσας, ὃς εἴπειν, τὸ συνοῖστον πῶς οὐχὶ τῶν μελλόντων προμηθεύεται πολλῷ τῷ δια-

φόρῳ, καθόστον καὶ χρόνῳ τῷ πλείστοις; μεγίστου τοίνυν πέφυκε βασιλέως τὸ δύνασθαι μὲν πλέον ἔχειν, μὴ βούλεσθαι δέ· τὸ γάρ ὑπερβάλλον τῆς ἴσχύος ἐν σώφρονι κολάζεται λογισμῷ. Ἐπεὶ οὖν τὸ ζέον τοῦ πολέμου κατέσθεται νῦν ἡμῖν καὶ ὑσπερ ἀνεπνεύσαμεν, εἰς δὲ μόνον ὑπολείπεται σπινθήρ (φημὶ δὲ σπινθῆρα κακῶν τὴν Σουανίαν, ἀπειλούσαν ἡμῖν μεγίστην ἔσεσθαι δισμενείας ἐμπύρωσιν), γενοῦ κώλυμα τῶν δεινῶν, καὶ προκατάπαυσον ἡμῖν ἐλπίδα τῶν κακῶν. Ἐν σοὶ γάρ τῶν ἀμηχάνων τὸ ἀπόρον ἀνεθέμεθα, μηχανασμένῳ τὰ δέοντα. Μή γάρ τίς ἔστι τελεωτάτη τοῦ πολέμου κατάλυσις, τὸ προστεθῆναι καὶ Σουανίαν ἡμῖν, εἰπερ Λαζικῆς κύριοι καθεστήκαμεν. Οὐ γάρ δεσπόσας τοῦ ἡγεμονικού πῶς οὐχ ἔξει τὸ ὑπεδεβόκος; οὔτε γάρ Λαζοὶ οὔτε μὴν αὐτὸν Σουάνων πρὸς ἀμφισβήτησιν ἦσιν, ὡς οὐχ ὑπήκοος ἡ Σουανία Λαζῶν ἀνέκαθεν ἦν, καὶ δι τοῦ Φύρω τοῦ Λαζῶν βασιλέως ὁ Σουανίας ἀρξών τὸ κύρος ἐδέχετο. » Ταῦτ' εἰπὼν Πέτρος ἐν γράμμασιν ἐπεδίκινον Χοσρόη παλαιτέρους Λαζῶν βασιλεῖς, καὶ ἀλλούς ὑπὸ ἀλλων γειροτονηθέντας Σουάνων βασιλέας. Εἶτα καὶ αὖθις ἔλεξε· « Τοῦ δικαίου τοίνυν ἡμῖν, ὁ βασιλεὺς, καὶ Σουανίαν παρέκοντος, οὐχὶ σὺ προτερήσας ἐν κέρδει σχήσεις ἀμφότερα, καὶ τὸ δόξαι μὴ ἀδικεῖν καὶ τὸ δοκεῖν δωρεῖσθαι τὸ προσῆκον πᾶσιν; οὕτω γάρ ἂν καὶ δι καθ' ἡμᾶς βασιλεὺς [οὐκ] οἰστο ἀδικεῖσθαι, εἴγε τὸ οἰκεῖον ὑσπερ δῶρον λήψεται παρ' ὑμῶν, ἐπεὶ καὶ Λαζικῆν οἰεῖται οὐκ ἄλλως ἔχειν. Διαβεβαιουμένων γάρ ἡμῶν καὶ ἐναργέστατα δεικνύντων ὃς Ρωμαίων ἐπ πλείστου χρόνου κτῆμα, ἀντεῖπας αὐτὸς τῷ τοῦ πο-

sunt in usu, firmatae sunt : tum legatorum sigilla annulis impressa, et duodecim interpretum, sex Romanorum et totidem Persarum. Sic mutua traditione inter se sibi pacis tabulas Zichus Petro Persarum lingua scriptas, et Graeca Petrus Zicho tradiderunt. Rursus quum Zichus accepisset a Petro aliud illius pactionis exemplum Graeca lingua, sed litteris Persicis exaratum, sine ulla sigillorum impressione, quod ad solam rei gestae memoriam valeret, eadem itidem Petrus a Zicho pari forma accepit. His transactis seorsum alter ab altero procul a confiniis abiuerunt, et Zichus quidem ad sedes patrias remeavit; sed Petrus illuc remansit, ut festum Nativitatis Christi dei ( instabat enim veneranda dies ) sancte et religiose coleret. Nec multo post illic adhuc Epiphaniae festum solenni more celebravit; deinde ad Persas profectus est. Et sic quidem pacis transactio ad finem perducta est. Ante profactionem legatorum, quum ex Persis hi, quibus ea res cura erat, ad Daras accessissent una cum interpretibus et iis qui trutinis praefecti sunt, representatae sunt quae Zicho pro septem annorum pensionibus promisse fuerant pecuniae. Petrus vero ad regem Persarum accesit in loco qui Bitharmais appellatur, ut de Suania cum illo ageret, et in regiam introductus sic locutus est : « Venimus, o rex, ad te, quum magna ex parte pacis beneficium jam adepti simus, ut in reliquis quoque quanquam sero justitiam a te impetremus; nec nos deceptum iri speramus. Nam qui præsentem rerum statum recle compositi et instantia commoda respexit, quanto

magis is futuris providebit, quia et diuturniora sunt? Magni regis est posse quidem plus habere, sed nolle. Quicquid enim potentiae superat, cohibetur et comprimitur prudenti moderatione. Itaque quum servens belli inter nos ardor jam deseruerit et quadammodo respiremus, una scintilla relicta est : Suaniam dico scintillam malorum, quae minatur nobis maximum inimicitiarum incendium. Sis igitur obstaculo et impedimento gravissimis qui impendat casibus, et restinguat malorum imminentium expectationem. Nos enim dubia et controversa, quae secare non potuimus, ad te rejecimus, ut quæ convenienter statueres. Unica enim et sola belli prorsus finiendi ratio est, si quidem domini Lazicæ sumus, ut Suaniam quoque nobis restituas. Qui enim dominum assequitur ejus quod imperat, qui fieri potest ut non dominus sit ejus quoque quod alteri pareat? Atqui Lazi, sed ne ipsi quidem Suanii, minime in dubium revocaverint, Suaniam olim subjectam fuisse Lazicæ, et regi Lazarorum jus fuisse arbitrio suo, qui Suaniam regeret, constituere. » Quæ quum dicere Petrus, ex tabulis Chosroem docuit de Lazarorum regibus antiquioribus, a quibus reges Suanorum subinde essent creati; deinde sic dicere pergit : « Quum igitur ipsa justitia, o rex, Suaniam nobis attribuat, nonne tu magni facies, prius concedendo utrumque assequi, ut et nemini injuriam intulisse, et omnibus ea quæ debes, largitus esse videaris? Sic enim rex noster minime se læsum esse existimabit, si quod suum est, tanquam dono acceperit, quin et Lazicam non alio modo suam effectam paritarit.

λέμου νόμῳ Λαζικήν οἰκεώσασθαι, καὶ διως, τῷ βούλεσθαι τὴν δίκην ἄτρωτον εἶναι, προυργιαίτερον ἔθου σώφρονα κεκτῆσθαι λογισμὸν ἡ χεῖρα δυνατήν. Τοιγαροῦν ἐποίησα τὴν οὐκ ἀνάγκην ἀνάγκην, καὶ τῷ γενναιῷ τῆς μεγαλοφροσύνης ἐψηφίσω κατὰ συντοῦ, καὶ νικᾶν ἡξίωσας ἡτημένος τοῦ πρέποντος, καὶ ἀπλῶς ἀπεκατέστησας ἡμῖν Λαζικὴν ὥσπερ οἰκεῖόν τι κτῆμα μεταθεῖς καὶ τὴν ἔξουσίαν μεταγαγὼν ἐφ' ἡμᾶς. Οὐκ ἀλλως δὲ καὶ περὶ Σουανίας ἀντιβολοῦμεν, τὸ οἰκεῖον προϊκὰ λαβεῖν· καὶ γάριν δὲ δομολογήσειν ἡμᾶς ὑμῖν, τῷ μὴ ἔξημισθαι τὸ οἰκεῖον· ὑμᾶς δὲ τῷ κρείττονι, τῷ δύνασθαι τοσοῦτον ὥστε δωρεῖσθαι δοκεῖν καὶ τὸ μὴ ὑμέτερον. » Καὶ ὁ βασιλεὺς ἔλεξεν ὅδε· « Οὔτω δῆτα ψυχὴν λόγων χρησύσαν καὶ τοῦ πείθειν ἔρημον εὐροῦσα ἡ τῆς σορίας δύναμις, περιφρονοῦσα τὸ ἀσθενὲς καταγωνίζεται, ὥσπερ φάρμακον ἐν ἔλκει προσπλαττόμενον καταβιθρώσκει μὲν τὸ νοσοῦν, συναναζωπυρεῖ δὲ τὴν ὑγείαν τῷ κάρμνοντι. Εἰ γάρ τὸ δίκαιον οὐκ εἴπετισιν, εἰ πη (εἴποι Ν.) δὲ τὸ ἀρμόδιον, οὐδὲν ἡττον καὶ οὔτω νικῆσει. Τοιγαροῦν ἡ σοφία τούτου ἔνεκα τῆς ἰσχύος τῶν ὅπλων κρατεῖ, διτοιγαροῦν τὸ πολέμου μὲν δύναμις οὐχ οὔτε πέφυκε τοῦ πρακτέου γενέσθαι (περιγενέσθαι Ν.), εἰ μὴ πω καὶ ἑαυτὴν αὐτὴν διαχρήσεται, τὸ δὲ τῆς σορίας ἀσώματον καὶ φρούριον καθέστηκεν ἑαυτῆς· πρός γε καὶ φρουρεῖ τὸν κεκτημένον αὐτήν. Ἐντεῦθεν οὖν οὐδὲ αὐτὸς [σὲ], ὦ Ρωμαίων πρεσβευτὲ, ὥσπερ εἰκὸς ἐν τοσαύτῃ φιλοσοφίᾳ τεθραμμένον, ἡ περιείναι

τοῖς ἥρμασι μεμάθηκας, μεμφθείην πρός τινος ἔγωγε μὴ πείθειν μαθών πλὴν ὃς ἀν οἴστε ὦ, καὶ εἰ μὴ τοῖς ῥήμασι τηλαυγῶς, ἀλλ' διως τῷ βούλομενῳ τῆς γνώμης, ὃς ἔνεστιν, ἐν φανερῷ προθείην τὸ δίκαιον δοίημεν, ὃς ἐδικαιολογήσω περὶ Σουανίας, τὴν ἀλήθευταν οὔτες ἔχειν. Λαζικὴν μὲν ἐχειρωτάμην, Σουάνοις δὲ οὐδὲ προσέβαλον, ἡ μόνη ἀκοῇ τῷ τὸν Μερμερόν ἡμῖν σημῆναι, ὃς οὐδὲν ἔστιν ἀξιόλογος οὐδὲ μὴν περιμάχητος ἡ χώρα, οὐδὲ βασιλικῆς ἔργον ἐκστρατείας, ἀλλ' ἐν ὑπάρχει τῶν ἔθνῶν τῶν περὶ τὸν Καύκασον, καὶ ὡς ἔχουσι βασιλίσκον, καὶ ὡς ὁ χῶρος ἔστι Σκυθῶν πάροδος. Απεβίν Μερμερόν, εἴτε δὲ Ναχέρεγαν ὑπῆλθε τῇ στρατηγίᾳ. Ἱέγραφε τοίνυν ἡμῖν καὶ αὐτὸς οὐκ ἀλλως περὶ αὐτῶν, διτοιγαροῦν τὸν Καύκασον τὰς ἀκρωτείας οἰκοῦσι, καὶ διτοιγαροῦν τὰς κλωπές τε καὶ λαφυραγωγὸν καὶ χαλεπῶν ἔργων καὶ ἀνοσίων καθεστήκασιν ἔργαται. Ἡθουλόμην οὖν κατὰ σφῶν ἐλάσαι στρατείαν, οἱ δὲ κατορριῳδήσαντες ἀντὶ Σουάνων ἔγενοντο Πέρσαι. Ός εἶναι δῆλον ἐντεῦθεν ἀνήκειν μοι τὴν χώραν, καὶ ἔχειν οὐκ ἀρνοῦμαι. Καὶ τοίνυν δηλοῦσιν ὑπακούοντες ἡμῖν ἀσμενέστατα τῷ καὶ τοῖς δούλοις ἀρχεσθαι τοῖς ἡμῶν. Ἀμελεῖ καὶ τοῦ Ζίχ ἐν γράμμασι δηλώσαντος, ὡς Ρωμαῖος Σουανίαν ἐπιζήτοισι λαβεῖν, τοσοῦτον πόρρωθεν ὡήθην ὑμᾶς τοῦ δικαίου φῆσαι, καθόστον οὐ πλησίον ἔγενόμητο τοῦ πείθεσθαι τῷ παραλόγῳ τῆς ἀκοῆς. Πλὴν ἡττηθήσομαι τοῦ δυνατοῦ, καθόστον οἰηθείην περιέσεσθαι, μὴ οὐχὶ ταῦτα φρονεῖν τῷ καθ' ὑμᾶς βασιλεῖ. » Ταῦτας δήπουθεν αὐτὰς ἀπεκύνησε

Quum enim asseveranter contenderemus, quod etiam aperte ostendebamus, Lazicam a longo tempore a Romanis possessam fuisse, tu contra eam tibi belli jure propriam effectam dixisti; nihilominus illasem justitiam esse voluisti, et temperatam habere cogitationem quam manum potentem potius duxisti. Quare, quae nulla erat necessitas, eam sponte tibi necessitatem imposuisti, et generoso judicio contra te ipsum pronuntiasti: ab honestate te victum esse confessus, plane nobis Lazicam restituisti, et tanquam nostrum proprium patrimonium eam tradens ejus possidenda potestatem in nos transtulisti; quod et idem de Suania supplices petimus, ut gratis quod nobis proprium est, recipiamus, et ut nos vobis gratias habeamus, quod eo, quod nostrum est, minime nos multaveritis: vos autem summo numini, quod tantum potestis, ut etiam quae vestra non sunt, dono dare videamini. » Rex autem ita respondit: « Evidem sapientiae vis si offenditur animum ratione destitutum et persuadendi facultate orbatum, quod infirmum et imbecillum est, prosternit et conterit, quemadmodum medicamentum ulceri adhibitum depascitur id quod dolorem facit, et sanitatem restituit aegrotanti. Quamvis enim minime justa sit ea quae apud hujusmodi hominum genus habetur oratio, si tamen apte et concinne quis dicat, dicendo evincit. Ea de causa sapientia longe armorum vim superat, quod bellica virtus non possit aliquod egregium facinus edere, nisi se ipsam quoque consumat, prudentia autem et suum ipsius praesidium constitutum est, et eum, qui ipsam possidet, salvum et incolumem servat et praestat. Quamobrem nolim hoc mihi vituperio dari, o Roma-

norum legate, si ego, qui a nemine didici, tibi non persuadeam, qui philosophicis disciplinis adeo innutritus et imbutus fueris, ut oratione superiori esse didiceris: tamen quantum in me erit, etsi non luculento verborum artificio, ex animi mei sententia quod justum est promam. Demus de Suania te vera dixisse, et ita se rem habere: at Lazicam bello subegi; Suanos nunquam bello appetii. Solo auditu a Mermeroce accepi, qui significavit, regionem non esse dignam nostra cura, neque pro qua certaremus, neque regem decere huic terra bellum inferre. Sitam esse inter eas gentes, quae circa Caucasum habitant, habere regulum, et esse transitum Scytharum. Decessit Mermeroes, administrationem exercitus suscepit Nachoergan (*Nachoragan, ap. Agathiam*). Scripsit ille nobis eadem: Suanos juga Caucasi habitare, esse latrones, praedarum abactores et quorumcunque gravium et immanium scelerum patratores. Constituimus adversus illos exercitum mittere, sed subito metu compulsi ex Suanis Persa facti sunt: unde satis aperatum est, hanc regionem in nostra potestate esse, et eam me tenere minime infisitor. Nec obscurum est illos nobis lubenti animo parere et a nostris servis regi. Postremo Zichus nos per literas certiores fecit, Romanos repelere Suaniam, in quo tam longe vos ab eo, quod justum erat, discedere existimavi, quantum absui a fide adhibenda his quae ad me contra rationem deferebantur. Sed cedam, quantum fieri potest, rerum necessitati, quanquam me victurum esse speraveram, quominus a rege vestro dissentiam. » Has igitur cogitationes e mente sua effudit rex Persarum, et tum paulum quievit disceptatio de Suania. Mox autem, veluti me-

τῷ νῦν τὰς ἐννοίας δὲ Περσῶν βασιλεὺς, καὶ ἐν τούτοις δὲ λόγος ἐπέπαυτο πρὸς βραχὺ περὶ Σουανίας αὐτῷ. Καὶ αὐθίς, ὡσπερ ἐν μεταξύλογίᾳ τινὶ, περὶ Ἀμβρου τοῦ Ἀλαμουνδάρου τοῦ Σαρακηνοῦ διελεγέσθην ἀμφω, τοῦ βασιλέως οὗτω πως ἀρξαμένου. »Οἱ καθ' Ἀμβροῦ δὲ Σαρακηνὸς οὐχ ἥκιστα ἐπιμέμφεται τῷ Ζήλῳ, καὶ καταβοήη πεποίηται τάνδρος οὐκ ἐλαχίστην, ἀτε οὐδέν τι δηνήσαντός γε αὐτὸν, ἡνίκα ἐσπενδόμεθα ὡς ἡμᾶς.» Καὶ δὲ Πέτρος, «Ἐν οὐδενὶ χρόνῳ πώποτε, ἔρη, ῥητόν τι χρυσίον ἔκομισαντο ἐκ τῶν Ρωμαίων οἱ καθ' ἡμᾶς Σαρακηνοί, οὔτε μὴν ἀνάγκη τινὶ, οὔτε καθ' δμολογίαν τινά· ἀλλὰ δῆτα δὲ πατήρ Ἀμβρου Ἀλαμουνδάρος ἐστελλεῖ δῦρα τῷ Ρωμαίων αὐτοχράτορι, καὶ δὲ γε δεχόμενος ἀντεδωρεῖτο γε αὐτόν. »Οπερ ἐφ' ἑκάστῳ ἐνιαυτῷ τὸ τοιόνδε ἐγίγνετο οὐδαιῶς, ἀλλ' ἔστιν δέ τι καὶ πέντε παρωχημένων ἐτῶν. Τοῦτο γοῦν διεσώθη τε καὶ διεψυλάγη Ἀλαμουνδάρῳ τε καὶ ἡμῖν ἐπὶ χρόνον ἥκιστα διλίγον. »Ἐξεπίσταται δὲ τὸ κρείττον, ὅτι οὐχὶ δῆτα ἐρρωμένα φρονῶν ἐς Πέρσας τὰ τοιάδε ἐπραστεῖν Ἀλαμουνδάρος. Τοιγαροῦν διεβεβαιοῦτο, δις, εἰ καὶ ὑμεῖς πόλεμον κινήσοιτε καθ' ἡμῶν, Ἀλαμουνδάρῳ γε ἀπρακτός τε καὶ ἀνεργητος ἔσται ἡ μάγαιρα τῆς Ρωμαίων ἔκατι πολιτείας. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τινα διέμεινε χρόνον· νῦν δὲ δὸς μὲν ἀδελφὸς, δεσπότης δὲ ἐμὸς, ἔθετο ἐν νῦν ἐμφρονέστατα οἷμαι, ὡς βασιλεῦ, ἔρη τε, ὡς, εἰ βεβαίως ἔχει τὰ πολιτεύματα τὴν εἰρήνην, τι δήποτε ἄρα λυστελήσει μοι τοῦ λοιποῦ ὑπηκόοις τε καὶ δούλοις προσφέγγεσθαι Περσῶν, ὡς ἀν καταπρόσιντο τῶν κεκτημένων τὰ πράγματα, ἦγουν πορίζειν τι αὐτοῖς ἡ πορίζεσθαι παρὰ σφῶν;» — «Εἰ

πρὸ τῆς εἰρήνης, ἔλεξεν δὲ βασιλεὺς, ἔκατέρωθεν ἐστέλλοντο πρεσβεῖαι καὶ ἀμοιβαίοις ἐφιλοφρονεῖσθε δώροις ἀλλήλους, χρῆναι οἷμαί ἀτρωταί εἶναι τὰ δια ἐστέρχθη πρὸ τοῦ. »Ταύταις μὲν οὖν αὐταῖς καὶ περὶ Ἀμβρου ταῖς δικαιολογίαις ἐχρησάσθην, καὶ αὐθίς ἀντελογίζοντο περὶ Σουανίας. Οὐ δὲ βασιλεὺς εἶπεν· «Οἱ οπηνίκα ἔγωγε παρεστησάμην Σκένδεις τε καὶ Σάραπα καὶ Λαζικήν, ὑμεῖς οὖν φατε δὴ τηνικαῦτα Σουανίαν ἐν ὑπηκόων εἴχετε μοιρά. Εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν, ὡς οὐκ ἐτύγχανον δύντες ὑπὸ Λαζούς. »Η γάρ ἀν καὶ αὐτοὶ ἔν τοις κρατοῦσιν ἡμῖν προσεχώρησαν. »Οἱ Πέτρος ἐφη ἀμοιβαδόν· «Τοῦτο οὐ γέγονεν, ἐπεὶ δὲ Σουανός οὐκ ἀπέστη, καθὰ δήποτεν οὐδὲν δούλος ἦν δὲ Λαζός. Φημὶ δὲ, ὡς τοῦ καθ' ἡμᾶς δούλου δούλος ἀφηνίασεν οὐδαμῶς.» — «Τήμερον, εἶπεν δὲ βασιλεὺς, δέκα ἡδη παραχήκασιν ἐνιαυτοῖς, ἐξ οὐδὲ Σουανίαν ἐν κατοχῇ ἐποιησάμην· πρέσβεις πολλάκις ἐδειάμεθά τε καὶ ἐξεπέμψαμεν δις τῶν Ρώμαίους· καὶ τι δῆτα ἐξ ἑκείνου τὸν δυτιναῦν οὐ κεκινήκατε λόγον ἐνεκα Σουανίας;» — «Ἐπειδὴ τηνικαῦτα, ἔλεξεν δὲ Πέτρος, καὶ Λαζικῆς κύριος ἐγεγόνεις. Καὶ εἶπερ ἐφη· «Ως δεῖ παραχωρῆσαι μοι Σουανίας, ἀντέλεξας δὲν τίνος χάριν; καὶ εἶπερ αὐθίς ἐφη· ἐπεὶ Λαζικῆς ἔστι κατήκοος, ἀπεκρίνω· τίνα γάρ σε γνωρίζομεν Λαζικῆς; καὶ λοιπὸν ἀντερεῖν εἰχόμεν τὸ παράπαν οὐδέν.» — «Τοῦτο φήσι, εἶπεν δὲ βασιλεὺς, δὴ Σουανία Λαζῶν ὑποχείριος ἦν. Εἰπερ ἐν γράμμασιν οἴστε εἰ τεχμηρῶσαι τὸ τοιόνδε, ἥκιστα ἀποτεύῃ τοῦ δέοντος.» Καὶ δὲ Πέτρος· «Οὐ τι μελλήσω, ἀναδιδάξω δέ σε τάληθες. Ἀρχαῖον ἔθος, ὡς δέσποτα, τόδε ἐκράτησε παρὰ Λαζοῖς. Οἱ Σουανίας ἡγεμῶν

dio quodam colloquio, rursus de Ambro Saraceno inter eos exortus est sermo. Rex sic incepit: «Qui apud eos est Ambrus, Alamundari filius, Saracenus, non parum Zicho succenset, neque parvam querelam de eo instituit, quod illius rationibus consulere, quam inter nos pacem fecit, pratermisit.» Et Petrus, «Nullo unquam tempore, inquit, Saraceni qui apud vos sunt certam auri summam a Romanis abstulerunt. Nec enim id nostrarum rerum necessitas unquam postulavit, neque nobis cum his quicquam convernerat. Sed pater Ambri, Alamundarus, misit dona ad Romanorum imperatorem: is quum ea accepisset, vicissim eum donis est remuneratus, quod tamen unoquoque anno nequaquam factum est, sed aliquando interpositum est spatium quinquennii. Hoc igitur inter Alamundarum et nos usurpatum et observatum est non brevi tempore. Deus autem novit, Alamundarum hoc fecisse, quum rebus Persicis minime studeret. Conventum enim fuit, si bellum contra nos moveritis, ut Alamundari ensis adversus rem publicam Romanam quiesceret et ab omni bellico opere immunis esset. Haec igitur aliquo tempore durarunt. Nunc vero frater tuus, meus dominus, o rex, prudenter, opinor, in animum induxit suum, et ait: Si pacem ista duo regna observent, quid milii porro proderit, subditos et servos Persarum sollicitare, ut dominos suos prodant, et quicquam illis largiri aut ab illis accipere?» — «Si ante pacem, respondit rex, mutuo missae sunt legationes, et vos invicem donis amice colui-

ματα καταθήσειν, καὶ δὴ οὐκ ἐς ἀναβολήν. Ταῦτα τοίνυν Ζαχαρίου, εἰ καὶ μὴ ἀναφανόν, ὑπαινιττομένου δὲ δμως τῷ Μεβώδῃ, οὐδὲν δγε ἔφασκε περὶ τούτου ἐπιτετράψθαι πρὸς τοῦ βασιλέως Περσῶν, οὐδὲ μὴν ἀνέξεσθαι δλως ἐπὶ χρήματι μεταβεῖν τὸ Δάρας. Διεθεσιοῦτο [δὲ] ἔμπης, καὶ δρχοις τισὶ ἐπετίθει τὸ πιστόν, ὡς νῦν εἰ προέλθοιεν αἱ ξυνθήκαι, ὑστερον αἰτοῦντι τῷ Καίσαρι δώσειν δσπερ ἔξαιρετόν τι δῶρον τὸν βασιλέα Περσῶν τὴν πόλιν. Πρόδηλος οὖν ἐντεῦθεν μὴ ἐρρωμένα φρονῶν τῇ Ῥωμαίων ἀργῆ, ἀλλὰ πόρρω τῆς ἀληθείας φεγγόμενος, βουλόμενός τε Ῥωμαίους μὲν ἀμαχητὶ ὑπαναχωρῆσαι τῆς Περσαρμενίας καὶ Ἰηρίας, τελευταῖον δὲ ἀμφὶ τοῦ Δάρας αἰτεῖν καὶ τῶν ἐπιγγελμένων ἥκιστα τυγχάνειν, εἴτα τὴν ἐν στέρῳ βουλήν, καθὰ δήπου τὸ περιφερόμενον ἔκεινό φησι, μὴ ἔχειν ἴσχυν, δσπερ καὶ Σουανίας πέρι ἐν τῷ πρώτῳ ἡπατήθη Πέτρος ὑπὸ τοῦ Ζίχ. Ὁμοίως οὖν καὶ δ Μεβώδης ἡδουλέτο δράσειν. Ἐπει δὲ ἔώρα Ζαχαρίαν ἐσότι ἐμφρονέστατον καὶ οὐχ οἴοντε διν αὐτῷ παρακρούσασθαι τὸν ἄνδρα, δ δὲ τὴν ἔτεραν ἐτράπετο, ὡς ἀν τρόπῳ τῇ (τῷ Β.) ἀπάτῃ περιέλθοι τοὺς Ῥωμαίους. Ἐπι χρόνον γάρ τινα ξυνήσει ἐς ταῦτα τοῖς ἀμφὶ Ζαχαρίᾳ, ἐλπίσι (ἐλπίδα Β.) ὑποστρωνύς, ὡς ἔσοιτο εἰρήνη καὶ ὡς ἐπινεύσαι δ Περσῶν βασιλεὺς ἐνδοῦντι Ῥωμαίοις τὸ Δάρας, ταῦτη οἰμένος ἐκλύσειν τὴν εἰς τὸν πόλεμον προθυμίαν τοῦ Καίσαρος. Καὶ οὖν ἐν τοιοῦτος τριβολέντου τοῦ χρόνου, καὶ τῶν ἐξ ἔκατέρας πολιτείας πρέσβεων περὶ ταῦτα ἐνησχολημένων, οὕτω τε φερομένου τοῦ ἑρου πολέμου ἐπ' ἀδήλοις, κατὰ δὲ τὸ τέταρτον ἔτος Τίθερίου Κωνσταντίνου Καίσαρος βασιλεύειται ἐν τῇ Θράκῃ ξυνηγόην τὸ Σχιλαθηνῶν

inferret: sed prius aurum, quod Romani pro induciis impetrandis, quas Zacharias pepigerat, pependerant, ad rationem eius temporis, quod de triennio superasset, restituturum, et ita se bellum renovaturum. Hanc quum regis Persarum sententiam esse Mebodes renuntiaret, Romanorum principes, se quidem minime inducias et federa transgressuros esse dixerunt: nec pactum esse, ut liceret alteri partium, restituot omni auro aut aliqua ejus parte, federa rumpere. De hac re tamen secreto Mebodes et Zacharias ibidem convenientes colloctuti disseruerunt. Deinde hi duo viri, communicato consilio, inter se proposuerunt, quae ad eam rem pertinere existimaverunt. Tum etiam alter alterum percunctatus est, quibus conditionibus inter utramque gentem pax et concordia esset. Et Mebodes asseveranter affirmavit, sibi in animo esse, quae maxime Cæsari expediret propone, et illi quam maxime morem gerere. Zacharias autem rogavit, an fieri posset, ut aurum, si quod esset conventum pro civitate Daras, clam omnibus et nemine id resiente solveretur. Zacharias dixit hoc, quia a Cæsare hoc mandatum occultissime sibi creditum erat, neque ullo alio conscio, quam Mauricio, Pauli filio, qui Cæsari bene ex animo cupiebat, et tunc temporis principis rationes curabat, ut ne ullus quidem imperatoris scribarum quicquam de ea re scriptum haberet, quo Cæsaris consilia secretiora essent. Itaque scripsit ad Zachariam, si ipsi Mebodes pol-

liceretur, regem Persarum accepturum pecunias pro redemptione urbis Daras, Cæsarem nulla mora interposita pecuniam numeraturum esse. Haec quum non aperte quidem, sed obscurioribus verbis Zacharias Mebodi indicaret, respondit Mebodes, nihil sibi a rege Persarum de ea re mandatum, neque omnino regem Daras pro pecuniis restitui passurum esse. Nihilominus tamen conventa res est et quibusdam juramentis fides prestita: si conventiones, ut tunc se habeant, manerent, regem deinceps Cæsari petenti Daras tanquam peculiare donum traditum. Qua in re satis apparebat, eum minime salutaria Romano imperio sentire, et quae a vero abhorabant, dicere. Nam eo tendebat, ut Romani sine ulla pugna Persarmenia et Iberia excederent: deinde sibi Daras tradi peterent, quod minime obtinenter, nimis quia que in posteriori colloquio constituta essent, tritissima illa excusandi formula, nullam vim habent: sicut et prius de Suania Petrus deceptus fuerat a Zicho. Idem quoque Mebodes volebat facere. Ubi vero vidit Zachariam cautiorem esse, neque se posse hominem quo volebat pertrahere, alia aggressus est via, ut aliquo modo fraude Romanos circumveniret. Itaque paullo post Zachariam convenit et spem ei subdidit, pacem futuram, et regem Persarum consensurum Daras reddere, eo consilio, ut Cæsaris alacritas et belli cupiditas languesceret. Dum in istis sermonibus legati ultriusque gentis occupati tempus terunt,

έθνος μέχρι που χιλιάδων ἔκατὸν Θράκην καὶ ἄλλα πολλὰ λήσασθαι.

## 48. (578.)

Exc. De leg. Rom. p. 164, 165: "Οτι κεραϊζομένης τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ Σχλαβηνῶν καὶ ἀπανταχόσες ἀλλεπαλλήλων αὐτῇ ἐπηρημένων τῶν κινδύνων, δ' Τίβεριος οὐδαμῶς δύναμιν ἀξιόμαχον ἔχων οὐδὲ πρὸς μίαν μοῖραν τῶν ἀντιπάλων, μή τι γε καὶ πρὸς πᾶσαν (πάντας Β.), οὗτε μὴν οἴστε διν πολέμοις σφισὶν ὑπαντίάζειν τῷ ἀνὰ τοὺς ἔρους πολέμους τάξ· Ῥωμαίων τετράφθιται δυνάμεις, πρεσβεύεται δις Βαΐανὸν τὸν ἡγεμόνα τῶν Ἀβάρων, τηνικαῦτα οὐ δυσμενῶς ἔχωντα πρὸς Ῥωμαίους, ἀλλως δὲ τῇ καθ' ήμας πολιτείᾳ χαίρειν ἐθέλοντα δῆθεν εὐδόνς ἐκ προοιμίων τῆς αὐτοῦ Τίβεριον βασιλείας. Ταύτη τοι καὶ πείθει γε αὐτὸν κατὰ Σχλαβηνῶν ἀρασθαι πόλεμον, δις ἀν δόποι τὴν Ῥωμαίων δηοῦσι, τοῖς οἰκείοις ἀνθελκόμενοι κακοῖς, ἐπαρκέσαι τε βουλόμενοι τῇ πατρῷᾳ κατὰ τὸ μᾶλλον, παύσαντο μὲν τοῦ τὴν Ῥωμαϊκὴν λεηλατεῖν, οἱ δὲ περὶ τῆς οἰκείας τὸν κινδύνον ἀναδέξονται. Τοῦ Καίσαρος τοίνυν τὴν τοιάδε δις αὐτὸν στείλαντος πρεσβείαν, οὕτι ἡπείθησεν δι Βαΐανός. Ἐκπέμπεται δ' οὖν ἐπὶ τούτῳ Ἰωάννης, δις δὴ τῶν νήσων διήνυε τὴν ἀρχὴν τηνικαῦτα καὶ τάς Ἰλλυρίδας ιθύνει ἐλαχε πόλεις. Οὗτος παραγενόμενος ἐν Παιονίᾳ τῇ χώρᾳ, μετάγαγεν ἐς τὴν Ῥωμαίων αὐτὸν τε τὸν Βαΐανὸν καὶ τὰς τῶν Ἀβάρων δυνάμεις, ἐν ταῖς δὴ λεγομέναις δλάσται μακραῖς τὰ βαρβαρικὰ διαβιβάσας πλήθη. Καὶ λέγεται ἀμφὶ τὰς ἔχιλιάδας ἴππεων θωρακοφόρων ἐς τὴν Ῥωμαίων διαπορθμευθῆναι. Ἔνθενδεν αὖθις διὰ τῆς Ἰλλυριῶν διαγαγόν, εἶτα ἐς τὴν Σκυθῶν ἀφικόμενος,

ἔμπαλιν διελθεῖν παρεσκεύασε τὸν Ἰστρὸν ἐν ταῖς καλουμέναις ἀμφιπρύμνοις τῶν νεῶν. Ἐπειδὴ δὲ ἐπερραιώθη ἐπὶ τὸ καταντικύρ τοῦ ῥείθρου, παραχρῆμα τὰς τε κώμας ἐνεπίμπρα τῶν Σχλαβηνῶν καὶ ἐσίνετο τοὺς ἀγροὺς, ἦγε τε καὶ ἔφερεν ἀπαντα, οὐδενός πω τῶν ἔκεισε βαρβάρων θαρρήσαντός οἱ ἐς γεῖρας ἐλθεῖν, ἃς τὰ λάσια δὲ καὶ κατηρεφῇ τῆς ὅλης καταπερευγότων. Ή δὲ τῶν Ἀβάρων κινησὶς κατὰ Σχλαβηνῶν [ἐγίνετο] οὕτι γε μόνον τῆς τοῦ Καίσαρος ἐνεκ πρεσβείας καὶ τῷ βούλεσθαι τὸν Βαΐανὸν Ῥωμαίους ἐκτίσαι γάριν ἀνδρὸν ἐς τὰ μάλιστα ἐφιλοφρονεῖτο γε αὐτὸν δι Καίσαρος, ἀλλ' θτι γε αὐτῷ καὶ ἔχθιστοι διηρχον ἰδίας ἔκατι δυσμενείας. Ἐστειλε γάρ δις αὐτὸν Δαυρέντιον καὶ τοὺς δοῖς ἐν τέλει τοῦ ἔθνους δι τῶν Ἀβάρων ἡγούμενος, σφᾶς τε δι πακούειν κελεύων Ἀβάροις, καὶ ἐς φόρου ἀπαγωγὴν ἐσεσθαι ἀναγράπτους. Δαυρίτας δὲ καὶ οἵ γε ἔν τοι τῷ ἡγεμόνες, « Καὶ τίς ἄρα, ἔφασαν, οἵτος πέφυκεν ἀνθρώπων, καὶ ταῖς τοῦ ἡλίου θέρεται ἀκτίσιν, δις τὴν καθ' ήμας ὑπήκοον ποιήσεται δύναμιν; κρατεῖν γάρ ημεῖς τῆς ἀλλοτρίας εἰώθαμεν, καὶ οὐχ ἔτεροι τῆς ήμεδαπῆς. Καὶ ταῦτα ημῖν ἐν βεβαίῳ, μέχρι πόλεμοι τε ὧσι καὶ ξιφῇ. » Οὕτως ἀπαυθαδίσαμένων τῶν Σχλαβηνῶν, οὐδὲ ἄλλως καὶ οἱ Ἀβάροι διετέλουν χρώμενοι μεγαληγορίας. Εἴτα ἐν τούτου προπηλακισμοὶ καὶ ὕδρεις. Καὶ ἀτε βάρβαροι, τῷ σκληρᾷ τε καὶ δυγκώδῃ φρονήματα ἔχειν, τὴν δις ἀλλήλους ἀνεσόβησαν ἔριν. Καὶ οἱ Σχλαβηνοὶ τὸ σφῶν αὐτῶν δργύλον οὐχ οἴστε δῆτες ἐγχαλινῶσαι τοὺς ἔκεισε ἀφιγμένους πρέσβεις ἀναιροῦσιν, δις ἔτεροι θεν ἀμέλει ἐκπυτα γενέσθαι ταῦτα Βαΐανη. Τοῦτο τοιχαροῦν κατὰ Σχλαβηνῶν ἐπίκλημα ποιούμενος ἐκ πολλοῦ δι Βαΐανὸς, καὶ δι ποκρύφιον ἔχων

intereaque bellum in Oriente in suspenso fuit, circa quartum imperii Cæsaris Tiberii Constantini annum centum fere millia Scelavorum in Thraciam irruperunt atque hanc multasque alias regiones prædati sunt.

## 48.

Quum a Sclavinis Græcia vastaretur, et undique alia ex aliis pericula imminerent, neque Tiberius satis copiarum haberet, quibus ne unam quidem partem hostium, nedum conjunctas eorum vires sustineret, neque ullo modo hostibus obviam ire posset, propterea quod Romanorum vires ad Orientis bellum conversæ erant, legatum misit ad Baianum, Avarum ducem. Is tunc temporis non erat erga Romanos male animatus, imo quo tempore primum Tiberius imperium suscepit, iure rei publicæ nostræ frui cupiebat. Huic igitur persuasit, ut cum Sclavini bellum susciperet, quo illi, qui Romanorum terras invaserant, ad sua defenda propriis malis revocarentur, et quum patriæ suæ opitulari potius ducerent, rapinas agere ex Romanæ ditionis terris desinerent. Hac igitur legatione ad Baianum a Cæsare decreta, ei nequaquam non obtemperavit. Ad ea procuranda Joannes mittitur. Huic tunc insularum, quæ in eo tractu erant, præfectura et Illyricarum urbium administratio erat demandata. Is quum Paoniam accessisset, Baianum et Avarum copias, longis navigiis flumine trajecto, in Romanorum fines traduxit. Sexaginta fere equitum armatorum

millia transiisse dicuntur : quæ ubi huc perduxerat, ea rursus per Illyricum Scythiam versus iter facere, et iterum Istrum navigiis, quæ utrimque puppim habebant, transvehi jussit. Baianus, in ulteriore fluminis ripam transgressus, confestim vicos et pagos Sclavinarum igni ferroque vastavit, et quum nemo barbarorum auderet cum illo manus conserere (etenim in silvas et cavernas aufugerant), omnia, quæ potuit, rapuit. Atque huic Avarum in Sclavinos eruptioni non solum Cæsaris legatio causam dedit, aut quod Baianus Romanis gratiam referre vellet, quod eum Cæsar liberalitate prosecutus fuerat, sed etiam eum privatæ inimicitiae movebant, quia Baianus Sclavini vehementer erat infensus. Misera enim Avarum dux ad Daurentium, Sclavinarum ducem, et eos qui apud gentem auctoritatem habebant, ut Avaribus dicto audientes essent, et eorum numero se adscribi sinerent, qui tributa illis pendebant. At Dauritas et gentis principes : « Quis hominum, inquit, est? num quis solis radiis tepeſcit, qui nostram potentiam possit sibi subigere et domare? Aliorum enim regionis dominatum acquirere solemus, non alii nostræ; hoc nobis certum manet, donec erunt bella et enses. » Ad hunc modum superbe et arroganter loquentibus Sclavinis, non minori superbia et arrogantia erga eos Avares sunt usi. Hinc in probra et convicia itum, et ut barbarorum est ferox et impotens ingenium, in rixas et contentiones inter se præcipi-

ώς αὐτοὺς τὸ ἔχθος, καὶ ἄλλως ὀπίσταντες, διὰ τὰς ὑπήκοους οὐκ ἐγένοντο, μηδὲ τί γε πρὸς αὐτῶν καὶ τὰ ἀνήκεστα πεπονθένει, καὶ ἂμα μὲν χάριν εἰδέναι βουλόμενος τῷ Καῖσαρι, ἀμα καὶ πολυχρήματον τὴν χώραν εὐρήσειν οὐδέμενος, Δέ τέ ξ πολλοῦ τῆς Ῥωμαίων ὑπὸ Σχλαβηνῶν... [πεπορθμένης], τῆς δὲ κατ' αὐτοὺς γῆς πρὸς ἑτέρου τινὸς πάντων ἔθνων οὐδαμῶς.

## 49. (578.)

**Exc. De leg. gent. p. 124:** "Οτι δ Καῖσαρ ἔστειλε κατὰ τὴν Ἰταλίαν χρυσὸν συχνὸν, ἃχρι κεντηναρίων τριάκοντα, ἀτινά γε δῆπου Παμφρόνιος δόνομα, ἀξιώμα βασιλέως πατήρ, ἐκομίσατο ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, κατὰ δὴ τὴν βασιλίδα τηνικαῦτα ἀφιγμένος ἐπὶ τούτῳ, ἐφ' ᾧ δεήσεις τῷ Καῖσαρι προσαγαγεῖν τῇ Ἰταλίᾳ ἐκτετρυχωμένη ταῖς τῶν Λογγιθάρδων ἐπιδρομαῖς ἐπαμῦναι. Οὐ δὲ Καῖσαρ, ἐπεὶ αὐτῷ δ πόλεμος δ Περσικὸς ἀπαγάγει τὴν καὶ ἐνέκειτο γε δόλος, ἐκεῖσε στρατιὰν οὐχ οἶσι τε τὴν ἐκπέμπειν. Οὐδὲ μὴν ἂμα τῇ ἔῳ καὶ κατὰ τὴν ἐσπέραν πολεμητέα γε αὐτῷ εἶναι ἐδόκει. Χρήματα δὲ ἄλλως ἐπέδωκε Παμφρόνιψ, ἐφ' ᾧ τινας τῶν ἡγεμόνων τοῦ Λογγιθάρδων ἔθνους, εἴ πως γε ἔσται αὐτῷ δυνατό, πείσοι τοῦ κέρδους ἴμεραντας μεταβαλέσθαι ὡς Ῥωμαίους ἔχν τῇ κατ' αὐτοὺς δυνάμει, καὶ τοῦτο μὲν τῇ Ἰταλίᾳ μὴ ἐνοχλεῖν, τοῦτο δὲ καὶ κατὰ τὴν ἔω πολεμησαντας καὶ τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατεῖα ἐπικουρῆσαι. Ἀπειθούντων δὲ τῶν Λογγιθάρδων, οἵτινες, τὴν ἐτέραν ἔνει, καὶ τινας τῶν Φραγγικῶν ἡγεμόνων διὰ τῆς τῶν χρημάτων ἐπιδόσεως

ἔταιρίσασθαι, καὶ ταύτῃ γε λεῆναι τε καὶ ἐκτρίψαι τῶν Λογγιθάρδων τὴν δύναμιν.

## 50. (578.)

**Exc. De leg. Rom. p. 165. 166:** "Οτι δικά Τραϊανὸς καὶ Ζαχαρίας δ βασιλείος ἱατρὸς τὰς σπονδὰς ἐτίθεντο, παρ' ἔκαστον τηνικαῦτα τῶν διωσοῦν προϊόντων λόγων ή καὶ γραφομένων ἐν ταῖς ξυνθήκαις, εἴγε Τραϊανὸς ή Ζαχαρίας, ἐφ' οἷς οἱ Πέρσαι ἐπρασσον, οὐγε οὐκ ἡσούλοντο ξυνομολογεῖν, Μεβόδου τηνικαῦτα ή σιωπᾶν καὶ μόνον τὸ προσταττόμενον δέχεσθαι κελεύοντος, ή τουτον τὸ ἀνδρά ἀπειλοῦντος αὐτοῖς ἐπαφῆσιν, καὶ ἂμα τῷ λόγῳ ἐπιδεικνύντος τὸν Τανχοσρώ (I. Τανχοσρώ) τηνικαῦτα τοῖς δρίοις ἐφεστηκότα τῆς ἔως, καὶ δὴ τέλος ἐπαφέντος, καὶ πλείστας δισας κώμας τε καὶ ἀγροὺς ἐμπρῆσαντος, ἐνικοὶ γε ἀμφὶ Τραϊανὸν αὐτοὶ τὸ χρυσὸν ἦκον κομίζοντες τῶν σπονδῶν. Καὶ τοσαύτη δῆπου χρησαμένου κατὰ Ῥωμαίων θρησι Μεβόδου, δις μηδὲ ἀξιώσαι τὰ εἰρηναῖα χρήματα ἐν τοῖς μεθορίοις κομίσασθαι, ἐγκελεύσασθαι δὲ Ῥωμαίοις ἐς τὴν Νίσιδιν ἀποσῶσαι, ἕτερά τε οὐκ ἀνεκτὰ περὶ τὴν τοῦ χρυσοῦ παράληψιν καταυθαδισαμένου τε καὶ ἐπεντρυφῆσαντος αὐτοῖς· οὕτων δὲ τοῦτο αὐτὸν περιελθεῖν καὶ δεηθῆσθαι Ῥωμαίους Χοσρόης ἐλπίσας, εἴγε καταπροτερῆσοι τὸν τῆς ἐφόδου καιρὸν τῶν σπονδῶν ἀφροντιστήσας, ή καὶ δράσειν ἵσως τι μέγα, καὶ καταπλαγέντα τὸν Καῖσαρα τελέως τῆς Περσῶν Αρμενίας τε καὶ Ιονίης καὶ τῶν ἐκείνη χωρίων ἀποστήσασθαι, παρὰ πολὺ τὴν τῆς ἔω δῆστιν τῆς Περσαρμε-

tes ferri. Slavini quum irae moderari nequirent, legatos, qui ad se venerant, occiderunt, quod ipsum per alios Baianus resciit. Quum igitur a multo inde tempore hoc haberet quod illis objiceret, reconditum odium in pectore gerebat, atque adeo, quia imperata facere noluerant, moleste ferebat, praterquam quod summam injuriam ab illis accepérat; tum quoque Cæsari gratificari volebat. Accedebat quod multum auri se in eorum regione reperturum sperabat, quia Slavini vicinas Romanorum terras sape vastaverant, ipsorum autem fines a nulla alia gente unquam infestati erant.

## 49.

Cæsar misit in Italiam magnam auri vim ad triginta centenaria, quæ Pamphronius nomine, dignitate patricius, a vetero Roma ad imperatorem attulerat. Is tunc ad regiam venerat, ut precibus a Cæsare impetraret, ut Italiam a Longobardorum excursionibus oppressam in libertatem vindicaret. Cæsar vero, cui omnia præ bello Persico nullius momenti erant, quippe qui totus in illud incumberet, exercitum mittere non potuit, neque bellum in Oriente et in Occidente simul sibi gerendum statuit. Sed pecunias dedit Pamphronio, quibus, si qua posset, aliquos Longobardorum commoveret, ut ad Romanos transiret una cum eorum exercitu, et Italiam minime turbarent. Quod efficierent, si in Orientem arma vertere vellent et Romanis auxiliū ferre. Si Longobardi renuerent, ut verisimile erat, aliam viam eum ingredi jussit, et Francorum ducum aliquos

mercede sibi socios adjungere, et hac ratione Longobardorum potentiam labefactare et infringere.

## 50.

Trajanus et Zacharias, imperatoris medicus, quum de induciis componentis agerent, neque ullam conditionum earum, quæ tum a Persis verbis aut scripto pacisendi causa proponebantur, sive Trajanus sive Zacharias probarent, Mebodes tandem aut silere eos et præscripta accipere jussit, aut se hunc hominem (demonstrabat autem Tanchosdrum) immissurum minatus est, qui tum prope fines Orientis, qua Romanis parebat, constitutus erat. Postremo immissus Tanchosdrus, plurimos vicos incendit, et agros populatus est, donec Trajanus ipse cum comitibus advenit, qui aurum pro fœderibus afferrent. Et Mebodes tanta erga Romanos usus est contumelia, ut non dignaretur pecunias pro fœderibus conventas in limitibus accipere, sed juberet Romanos ipsorum periculo Nisibim deportare, multaque alia non toleranda in exactione pecuniae erga Romanos superbe et contumeliose se gerens commisit. Chosroes enim in spem adducebatur, si, neglecto feedere, opportune incursionem facere auderet, fore ut eodem quoque postea res recideret, et Romani supplicarent, aut si forte aliquod egregium facinus ederet, Cæsarem perterfaceret, qui tandem Persarmenia et Iberia et locis finitimis cederet, et pluris vastationem Orientis Persarmeniorum et Iberorum cessione faceret. Certior etiam Chosroes factus erat, Cæsarum quam maximum præparare exercitum, et jam navigia

νίων τε καὶ Ἰβήρων προσχωρήσεως ἡγούμενον· ἀμα  
δὲ καὶ ἐπέπιστο Χοσρόης παρασκευάζειν στρατιὰν ἐς  
τὰ μαλιστα πολλὴν τὸν Καύκασον, καὶ ἥδη στέλλειν  
κατὰ τὴν ἑώραν ἴππαγωγὸς δικαίας· δλίγῳ πρότερον  
ἢ αἱ τριετηρίδες σπονδαὶ τελευτήσεσθαι ἔμελλον, πρὸ<sup>τ</sup>  
ἡμερῶν δῆπου τεσσαράκοντα ἐπαφίησται κατὰ τῆς Ῥω-  
μαίων γῆς τῆς ἐκ τῶν δρόων τοῦ Δάρας ἐς τὴν μέσην  
τῶν ποταμῶν στρατιὰν ἴππαγωγήν, ἀμφὶ τὰς εἰκοσὶ χιλιό-  
δας, ἃς περὶ τὰς δώδεκα μὲν ἥστραν Πέρσαι, θυρεοφόροι  
τε καὶ ἴπποτοξόται, Σαρακηνοὶ δὲ καὶ Σαχεῖτοι....  
[ῶν ἔμπαντων ἥρχον οἱ suppl. Nieb.] σὺν τοῖς Ῥω-  
μαίων ἄρχουσι περὶ τοῦ πῶς δεῖ προελθεῖν τὴν ἐν γένει  
δρεινην [εἰρήνην? Nieb.] διασκεπτόμενοι. «Ο δὴ καὶ μά-  
λιστα ἀλαζονείας τε καὶ ἀναισχυντίας οὐ μικρὰν προσ-  
ῆψε τῷ Χοσρῷ δόξαν, τάς τε ἔνθηκας ὅπτω πως ἀνα-  
δην οὐκ ὀνκίσαντι ξυγχέατι, καὶ ταῦτα δλίγης πρὸς τὸ  
πέρας αὐτῷ ἐνδιψιλευομένης παραδρομῆς ἡμερῶν· καὶ  
δτι γε τὸν αὐτὸν, ἀτε δὴ ἐπεγγελῶν Ῥωμαίοις, ἀμα τε  
καὶ περὶ εἰρήνης διαλεχθησόμενον ἐν τοῖς δρόοις ἔχειρο-  
τόνησεν καὶ ἀμα ἐν τοῖς αὐτοῖς χωρίοις, ἐν αὐταῖς δι-  
επειν ταῖς ἡμέραις πολέμου τε καὶ ταραχῆς καὶ σπονδῶν  
συγχύσεως αἴτιον. Τοῦτον δὴ οὖν τὸν Μεβώδην βουλευ-  
μάτων τε ἡγούμενον καὶ τοῦ παντὸς ἔχοντα κύρος δπλί-  
σας ἔξεπιμψε· πρὸς γε καὶ Σαπῶντὸν Μαιράνου (Μαι-  
ράνου fr. 52), ἀνδρὸς οὐκ ἀγενοῦς ἀπενεγκάμενον δόξαν.

51. (578.)

Exc. De leg. gent. p. 125 : «Οτι οι Μῆδοι δεδιό-  
τες τὴν τῶν Ῥωμαίων εἰσβολὴν κατὰ τῆς Περσῶν  
ὅσον οὕπω ἐσομένην, καὶ ἐπανίστητες τὸ λεγόμενον Θαυ-  
νάριος φρούριον, χηρεῦον Ῥωμαϊκῆς ἐπικουρίας, ἐν κα-  
τοχῇ ἐποιήσαντο· καὶ ἐπ' οίκου ἀνεχώρησαν, μηδὲν

ad equites transvehendos in Orientem mittere. Itaque paulo  
antequam triennales inducā finitūr essent, quadraginta  
fere dies, Chosroes ex finitimiis locis Daras immittit in me-  
diā regionem fluviorum viginti millia equitum, quorum  
duodecim millia erant Persae scutiferi et sagittarii; Sar-  
aceni autem et Sabiri... cum ducibus Romanorum.... dispi-  
cientes. Hoc autem non parvam attulit Chosroi vanæ glorie  
et impudentiae apud omnes opinionem, quod inducias,  
tametsi pauci admodum dies usque ad exitum restabant,  
impudenter violare non est cunctatus. Accedebat quod,  
quasi Romanos irridens, eundem delegerat, qui in confiniis  
cum iis de pace ageret, quique in iisdem locis eodem tem-  
pore et belli et tumultus et violandarum induciarum auctor  
esset. Is erat Mebodes, dux et auctor omnium eorum consi-  
liorum. Hunc, qui summam omnium rerum haberet aucto-  
ritatem, cum exercitu misit, et una cum ipso Sapoem,  
Meærani filium qui magnam virtutis laudem reportaverat.

51.

Persæ, veriti ne Romani in fines suos irrumperent, Thauma-  
rium castellum, nudatum præsidio Romanorum, invadentes,  
occuparunt et domum reverterunt, quum nihil dignum tam  
turpi fœderis violatione fecissent, et minime tanta danina,  
quanta initio sibi proposuerunt, Romanis intulissent.

τὸ παράπαν τῆς ἀναισχύντον τῶν σπονδῶν ξυγχύσεως  
ἀξιόν τι πορισάμενοι, μήτε μὴ μέγα τι Ρωμαίους  
βλάψαντες, δις ὑπωπτεύθησαν τὴν ἀρχήν.

52. (578.)

Ibidem p. 125 : «Οτι Ταχοσδρώ (1. Τανχοσδρώ)  
σαφῶς ἐξεπιστάμενος καὶ αὐτὸς τὴν Χοσρόου βουλὴν,  
ὡς Μεβώδης ἀναπτερώσας αὐτὸν εἶη μὴ μεῖναι τὸ πέ-  
ρας τῶν τριετηρίδων σπονδῶν, αλλ᾽ γε ἀμφὶ τῆς ἐω-  
ἔμπεδωθεῖσαι ἐτύγχανον, καὶ δτι οὐτω δοκοῦν αὐτῷ  
ἀναμφιβόλων ἐμβαλεῖν αὐτὸν τε Μεβώδην καὶ Σαπῶνην  
τὸν Μαιράνου κατὰ τῆς πρὸς τὴν ἐω τῶν Ῥωμαίων  
ἐπικρατείας, εἴτε προστεταγμένον οἱ τοιάδε ἐκ Χοσρόου,  
εἴτε καὶ αὐτομάτως τοῦτο σκοπῶν ἐφ' ἔστυ, ὥσπερ  
ἀμέλει δευτέρων ἀρχεὶς ἀγχιωραν, ἐκτραπεῖς ἀπὸ τοῦ  
Κιθαρίζων ὕρμησε καὶ αὐτὸς κατὰ τῆς Ῥωμαίων ἐν  
ἀνατολῇ χώρας ἀπὸ τῶν Ἀρμενίας ἐμβολῶν, διπλῆν  
ἐκείσε τὴν ταραχὴν ποιησόμενος.

53. (578.)

Suidas v. Ἐμβριθῆ νοῦν : Μένχαδρος· «Ο δὲ  
Τανχοσδρώ, δ τοῦ Χοσρόου στρατηγὸς, οὐχὶ ἐλέφαντάς  
τε καὶ ἀγριοίκων δμιούν καὶ ἔτερα ἀττα φόβητρα,  
κόμπων μὲν ἀρμόδια, ἐνεργὰ δὲ καὶ ἐμβριθῆ οὐδαμῶς,  
ἀλλὰ τοὺς μαχηματάτους τε καὶ εὐπλοτάτους ἀγείρας,  
πλήθους τε ἀγεννοῦς ἀντάλλαγμα τοὺς τὰ πολέμια δει-  
νοὺς ἀποκρίνας. » Καὶ αὐθὶς· «Ἐστάναι τε ἐμβριθέ-  
στατα καὶ ἐπαμύνειν τῇ πόλει. »

Eadem repetuntur v. Ταχοσδρώ, ubi glossam  
delevit Bernhardyus. Ceterum num ad hunc potis-  
simum Historiae locum hæc pertineant, nescio.

54. (579. Tiberii an. 2.)

Exc. De leg. Rom. p. 166-168 : «Οτι δ Τιβέριος

52.

Quum Tanchosdro quoque Chosrois consilia rescivisset,  
Mebodem Chosroem in eam mentem impulsisse, ut non expe-  
ctaret diem qua finiebat triennales inducias que in Oriente  
conveniant fuerat, et illum imperasse Mebodi et Sapoæ, Ma-  
rani filio, invadere Romanorum ditionem in Oriente, ipse,  
sive hoc mandatum fuerat a Chosro, sive sua sponte apud se  
eandem rem animo volvisset, tanquam scilicet secundum an-  
coram jacens, a Citharizōn castello egressus, in Romanorum  
ditionis regiones, quæ ad Orientem erant, impetum fecit, circa  
Armeniæ aditus duplicitum tumultum et terrorem oblaturus.

53.

« Tanchosdro autem, Chosrois copiarum dux, non ele-  
phantas turbamque rusticorum, et hujus generis terricu-  
lamenta, ad ostentationem quidem apta, vim autem et effi-  
caciem nullam habentia collegit, sed viros bellicosos et egregie  
armatos, selectis his, qui in re bellica excellerant imbellis  
multitudinis loco. » — Et alibi : « Gradu stare firmissimo et  
urbem fortiter defendere. »

54.

Tiberius addidit decreto aliud deo maxime gratum. Mul-  
tos enim Persas Romanorum captivos, præcipue ex pri-

καὶ ἔτερον τι προστίθοι τῷ δεδογμένῳ, καὶ ἐς τὰ μάλιστα θεῷ κεχαρισμένον. Πολλοὺς γάρ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις δορυκτήτων Περσῶν, μάλιστα τοὺς ἐν τέλει, ὃν ἔνιοι καὶ τῷ βασιλείῳ γένει ξυνημμένοι ἦσαν, ἔστειλε Χοσρόη δωροφορήσας. Εἴτα πρέσβεις ἐπὶ τῷ τοιῷδε ἔξεπεμψε Ζαχαρίαν τε αὐθίς, τὸν βασιλείου λατρὸν, ἀπὸ πολλάκις χρησιμώτατά τε καὶ εὐνούστατα ἔχυτηρησάμενον ταῖς κατὰ τὸν πόλεμον τοῦτον πρεσβείαις. Τοῦτον δὴ οὖν τὸν ἄνδρα τῇ λεγομένῃ ἀπὸ ἐπάρχων ἀξίᾳ διακομῆτας ἐχειροτόνησε καὶ πάλιν, καὶ δὴ πρεσβευτόμενον ἀφῆκεν, οἷα δὴ καὶ αὐτοῦ Ζαχαρίου τὴν πρεσβείαν ταύτην γενέσθαι ξυνωθήσαντος· σὺν τῷ καὶ Θεόδωρόν τινα, ἐνα τῶν βασιλείων μαχαιροφόρων, ἀξίωμα καὶ αὐτῷ στρατηγοῦ περιθεὶς. Τούτῳ τῷ ἀνδρεῖ πρεσβευτομένῳ ἀπονείμας Χοσρόη ἔξεπεμψεν, ἔγραψέ τε ἐπιεικέας ἀνάπλεα ῥήματα. «Ο δὲ νοῦς τῆς ἐπιστολῆς· «Ἐγὼ καὶ βουλομαι τὴν εἰρήνην καὶ διὰ τὸ θεόσδοτον οὖσαν ἀσπάζομαι· καὶ ὡσπερ φύσει τινὶ προστίθανει μοι τὰ τῆς φιλίας ὑμῶν. Τοιγαροῦν ἑτοίμως ἔχω τῆς Περσαρμενίας τε πάσης ἀρίστασθαι καὶ Ἰβρίας, οὐ μὴν τῶν βουλομένων ἡμῖν ὑπακούειν Περσῶν Ἀρμενίας τε καὶ Ἰβρίων. Ἀναδίδωμι δὲ καὶ τὸ Ἀφουμῶν φρούριον, καὶ τῆς Ἀρζανηῆς ὑπὶν παραχωρήσω, τὸ Δάρας μόνον ἀντὶ τοσούτων ἀνακομιζόμενος πρὸς ὑμῶν.» Ταῦτα Τιβέριος δὲ αὐτοχράτωρ Χοσρόη σημήνας, ἐφῆκε Ζαχαρίᾳ τε καὶ Θεόδωρῳ καὶ μεγίστων πρέσβεων ἔχειν ἰσχὺν καὶ τὴν εἰρήνην ὡς ἀνοίοτε ἔσοντα διατίθεναι. Μετὰ ταῦτα τῆς δόσιοπορίας ἔτι σχολέων, σταλέντε ἀνδρεῖς οὕτω παρασχόν, καὶ Χοσρόης δὲ Περσῶν βασιλεὺς καταπλαγεὶς τοῖς ξυμβεγκόσι, προφόρθαστας ἔκπεμπει ὡς τὸν Ῥωμαίων αὐτο-

κράτορα πρεσβευτὴν, καὶ ἀφικνεῖται χειμῶνας ἀρχομένου ἥδη δεῖπον τῇ πρεσβείᾳ ἔχειροτονήθη Πέρσης ἀνήρ, τούνομα Φερογδάθης, οὐχ ἥττον καὶ αὐτὸς φιλανθρωποτάτους ἐν ἐπιστολῇ διακομίζων λόγους πρὸς τοῦ Περσῶν βασιλέως, ἐν ᾧ ἔγραψετο ὅδε· «Εἰ μὲν τὸ δίκαιον ποιῆσαι βουληθεῖς, ὡς Ῥωμαίων βασιλεῦ, καλῶς ἂν πράξοις τούς τε τὴν ἀποστασίαν τῆς Περσαρμενίας βουλεύσαντας γενεάρχας ἐκδίδοντος ἡμῖν ὑφέζοντας ποινὰς, ἐν τοῖς δρίσις αὐθίς τοὺς ἔκατέρας ἀρχοντας πολιτείας, τὰ τῆς εἰρήνης, ὡς ἀν δύναντο, μεταξὺ (τῶν) ἀλλήλων διαθησομένους· ἐφ' ᾧ δὲ τὰ τοιαῦτα προελθεῖν, ἀνακωχὴν γενέσθαι τινά.» Ωδε μὲν οὖν καὶ ἡ Χοσρόου ἐδήλου ἐπιστολή· πλείστων δὲ ἡμερῶν κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν διαγενομένων ἐν ταῖς ἐν μέσῳ συνουσίαις Τιβέριου τοῦ βασιλέως καὶ Φερογδάθου τοῦ Περσῶν πρεσβευτοῦ, γράφεται μὲν ἀποιοῦσιν ἐπὶ τὴν πρεσβείαν Ζαχαρίᾳ τε καὶ Θεοδώρῳ τοῖς πρέσβεσιν ἐνδιατρίψαι κατὰ τὴν ἔω, καὶ οὐ τι μάλα ἐν σπουδῇ θέσθαι δηλῶσαι σφῶν αὐτῶν τὴν παρουσίαν βασιλεῖ τῶν Περσῶν, πρὶν ἡ ἔχ τὴν βασιλίδος ἀφεθεὶν Φερογδάθης δὲ Περσῶν πρεσβευτής. Προελθόντων δὲ καὶ κεκινημένων ἔστοι πλείστων λόγων, ἐκπέμπει τὸν Φερογδάθην διὰ βασιλεὺς ἐπὶ τούτοις, οἷς δὴ καὶ πρὸ τοῦ ἔγεργάφει διὰ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεων. Ἐκεχειρίαν δὲ οὔτι ἤστο δεῖν ἐπὶ μῆκιστον χρόνον ἐνδιόναις Πέρσαις· ἀποχρῆν γάρ ἔφασκε τῷ βουλομένῳ τὴν εἰρήνην καὶ μηδ διὰ τῆς τοῦ χρόνου πλείονος ἀπάτης προμηθευο-

mariis viris, quorum numero erant nonnulli ex regio genere orti, dono dedit Chosroi. Deinde legatos ad haec misit, inter eos Zachariam iterum, regium medicum. Hic plures et admodum Romanorum rebus utiles legationes in hoc bello fecerat. Itaque eum ad hanc legationem imperator elegit, et dignitate exconsulis ornatum ad illam obeundam dimisit, quod et ipse Zacharias legatos mittendos esse in primis admonuerat, una quoque Theodorum quandam ex imperatoris satellitibus, quem ad ducis dignitatem extulit. Hos igitur duos viros, quibus hanc legationem attribuit, ad Chosroem misit, ad quem literas quoque humanitatis plenas scripsit. Sententia hujus epistolae haec fere erat: «Ego pacem opto, et a deo datam colo, et tamquam naturali quodam instinctu ad vestram amicitiam feror. Itaque paratus sum, omnem Persarmeniam et Iberiam vobis concedere, praeter eos Persarmenos sive Iberos, qui nobis parere malint. Restituo et Afumum castellum, et Arzanene vobis cedo, modo oppidum Daras pro his omnibus a vobis obtineam.» Haec Tiberius imperator per Zachariam et Theodorum, quibus maximorum legatorum potestatem dedit, Chosroem literis significavit. His etiam pacem pro arbitrio, ut res ferrent, facere permisit. Et illis quidem, dum adhuc iter faciebant, accidit ut Chosroes quoque, Persarum rex, iis que illi contra sententiam evenerant, percursus, prope ad Romanorum imperatorem legatum mitteret, qui

jam hieme ineunte proiectus erat. Is erat vir Persa, qui ad hanc legationem fuit delectus, nomine Pherogdates, et a Persarum rege ad imperatorem literas non minus humanas et officiosas detulit. Haec sic se habebant: «Siquidem rem justam facere velles, imperator Romanorum, recte quidem te gereres, si Persarmenos genecharas defectionis autores nobis traderes, ut meritas pœnas mihi darent, et in finibus Persarum et Romanorum suspenderentur; et si dama Persis illata rependeres. Si ista improbas, amicis officia debita ne deneges. Hoc feceris, si dederis operam ut utriusque rei publicæ primarii viri in confiniis convenient, et pacem, si fieri possit, inter utramque gentem statuant et stabiliant. Quæ ut ad exitum perducantur, oportet bellī intermissionem fieri.» Atque haec epistola Chosrois continebantur. Dum Pherogdates, Persarum regis legatus, in regia urbe cum Tiberio imperatore plures dies transit, Zacharia et Theodoro, qui in legationem profecti erant, per literas significatur, ut in Oriente subsistant, neque suum adventum Persarum regi indicare festinent, priusquam a regia urbe Pherogdates sit dimissus. Tandem imperator Pherogdaten dimittit, quum multos cum illo habuisset sermones de his quæ prius ad Romanorum legatos scripseraf. Inducias in longissimum tempus Persis concedendas esse non putabat. Sufficere enim duorum aut trium mensium spatium ei qui bona fide pacem tueri instituisset, neque per fraudem

μένω παρασκευῆς ἀφορμήν, καὶ δύο μηνῶν ἡ τριῶν παραδρομήν. Καὶ οὖν ἀπῆρεν ἐπὶ τοῖς τοιοῦσδε δι-Φε-ρογδάνης ἐκ τοῦ Βυζαντίου.

## 55. (579.)

Ibidem p. 168—171: "Οτι Ρωμαῖοι καὶ Πέρσαι ξυνεστήσαντο ἀν τὴν εἰρήνην, εἴ μη Χοσρόης ὥχετο ἐξ θνθρώπων καὶ Όρμίσδας δι Χοσρόου, ἀνοσιουργὸς δυτῶς ἀνήρ, τὴν κλιδαρίν ἀνεδῆσατο. Οἶμαι μὲν οὖν ἔγωγε οὐκ ἄλλως, πλὴν ἀλλὰ καὶ ὡς ἐκυρώθη, ἂτε Χοσρόου ἦτι περιόντος, Ζαχαρίαν τε καὶ Θεόδωρον ἐσφοιτῆσαι ἐς τὴν Περσῶν πρεσβευτομένους. Οὕπω γάρ τὴν τῶν Σύρων παραμεψάμενοι ἦσαν, καὶ οὐδὲν δι τῆς Ρωμαίων ἐνηλλάγη πρεσβείας. Διὸ καὶ ἐ βα-σιλέως αὐτοῖς γράμματα ἐστάλη ἔχεσθαι τῆς ὁδοιπο-ρίας ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς· γνῶναι μὲν γάρ ἐν μέσῳ τὴν Χο-σρόου τελευτὴν, δμως δὲ καὶ πρὸς τὸν ἔκεινον παῖδα οὐκ ἄλλως φρονεῖν, ἑτοίμως δὲ ἔχειν τὸν πόλεμον ἐπὶ τοῖς ἡδὸν Χοσρῷ γραφεῖσι καταλῦσαι· ἔτι γε μὴν καὶ τοὺς ἀφεθέντας αἰχμαλώτους ὡς ἀν ἔγχειρισθαι τῷ Περσῶν βασιλεῖ. Προστημνάντες τοίνους οἱ Ρωμαίων πρέσβεις σὺν πολλῇ τε τιμῇ καὶ εὐφημίᾳ κατὰ τὴν Νί-σιβιν ἐγένοντο· ἐν θυμάτι τε μεγίστῳ ἐποιοῦντο Πέρ-σαι τὴν Ρωμαίων ἀμφὶ τοὺς δορυαλώτους φιλανθρω-πίαν. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Τιβέριος δι αὐτοκράτωρ στέλλει αὐθίς, τοῦ ἥρος ἀρχομένου, Μαυρίκιον κατὰ τὴν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἀποκαραδοκήσοντα τὸ ἐσόμενον, ἐγ-κελευσάμενός οἱ, πρὸς δπερ ἀν δ Περσῶν βασιλεὺς τραπῆ, ὑπαντιάζειν τε καὶ παρασκευάζεσθαι πρὸς ἔκπ-τέραν τῶν πραγμάτων δοπῆν. Καὶ δ μὲν, καθὼς βα-

σιλεῖ ἐδόκει, ἀνὰ τὴν ἔω ἔμενε, τὸ πρακτέον ἐπιτη-ρῶν· προϊόντων δὲ τῶν πρέσβεων ἐς τὰ ἡθη Περσῶν, ἐπειγμένων τε θεάσασθαι τὸν ἀρτι τῷ βασιλείῳ θρόνῳ ἐπιβεβήκότα, οἰομένων τε ἐς τὰ μάλιστα τεῦχεσθαι τι-μῆς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν σπουδαζομένων οὔτε (οὐ-δενὸς Nieb.) ἀποτεύξεσθαι (οἷα μετὰ τοσαύτην νίκην πράσους τε καὶ πάστης αιθαλέας ἀπηλλαγμένους τοῦ Ρωμαίων βασιλέως ἐπικομιζόμενοι λόγους· καὶ ὡς οὐ μόνον ἀχρι ῥημάτων αὐτῷ τὸ φιλάνθρωπον, μᾶλλον μὲν οὖν ἔργοις ἐπιδεικνυμένου, τῷ τοσούτους δορυαλώ-τους τοῖς Πέρσαις αὐτοὺς ἐπαναγαγεῖν), τούτων ἐπι-ζόντων γε αὐτῶν κυρῆσαι ἀναμηρίσθως; ἐς τούναντίον ξυνέβη δπαν. Πρῶτον μὲν γάρ κατὰ μέσον τῆς ὁδοι-πορίας τῶν τις παρὰ Πέρσαις τοῖς βασιλικοῖς τε καὶ δημοσίοις πράγμασιν ἔξυπηρτοις μένων (οὓς, εἴ τις τῇ Λατίνων χρήσιοτο φωνῇ, ἀσχρῆτης προσαγορεύετεν) ὑπαντιάσας ἥρετο σφᾶς δ τι βούλοιτό τε καὶ δ τι ἥκοιεν, καὶ δποίαν ἀποκομιζοιεν ἀγγελίαν. Ἀλλὰ τούτῳ μὲν οὔτε ἀμφὶ Ζαχαρίαν τε καὶ Θεόδωρον ὅδε ἀπεκρί-ναντο, δι τα τοιάδε τῷ παρὰ Πέρσαις μαγίστρῳ (καθὰ τούτον καλοῦσι Ρωμαῖοι) δητέον, καὶ οὐχὶ αὐτῷ. Ταῦτα εἰπόντες εἶχοντο τῆς ὁδοῦ. Ἐξ ἑκείνου ἥκεν ἔτερός τις ἐκ Περσῶν, δι ἔτριβε τὴν ὁδοιπορίαν αὐτοῖς καὶ διαμέλλειν ἐποίει, βραδυτήτος χρώμενος ἐπινοίασι, ιέναι τε ἐς τὸ πρόσω μὴ συγχωρῶν. Σταθμοῖς τε γάρ πλησιατέροις καὶ παρασάγγαις διλγίοις ἐχρῆτο, ἀλλοτε δὲλλους χώρους περιφέρων τε καὶ ἀποπλανῶν, κάκ τούτου τὰ κάκιστά σφις προεδήλου, καὶ ἐδείκνυν τῇ περὶ τὴν δοιοπορίαν πλάνην οὐδέν τι φιλοφροσύνης ἔχομενον ἢ τῆς προστηκούσης αἰδοῦς πρέσβεσιν. Ἡν δὲ τὸ πραττόμε-

longioris temporis apparatus faciendi occasionem quaereret.  
His ita confectis discessit a Byzantio Pherogdates.

## 55.

Romani et Persæ sane pacem fecissent, nisi Chosroes ex hominum numero sublatus, et Hormisdas, ejus filius, ferocis ingenii vir, cidari redimetus fuisset. Ceterum non aliter, quam ut decretum erat, tanquam adiuc superstite Chosroë, Zachariam et Theodorum puto Persiam intrasse, legationem obitueros. Etenim tunc temporis nondum Syriam transgressi erant, neque quicquam ideo ex eorum legatione mutatum est. Itaque literæ ab imperatore illis redditæ sunt, ut continuarent iter : sibi quidem nuntiatum esse, inter id temporis Chosroem mortem obiisse; verumtamen, se esse eodem in filium animo, et paratum, secundum ea quæ a Chosroë scripta erant, a bello discedere; neque propterea omitterent Persas captivos, libertate donatos, in manus regis Persarum tradere. Itaque Romanorum legati, nuntiis præmissis, cum honore et faustis acclamationibus Nisibim pervenerunt. Et Persæ quidem Romanorum erga captivos humanitatem magnopere sunt admirati. Interea Tiberius imperator, vere in-eunte, rursus misit Mauricium in ori-entalē imperii partem, qui, quod eveniret, exspectaret, et illi imperavit, ut regi Persarum, quocumque se verteret, occurveret : et in quamcunque partem res caderent, ad omnes casus se præpararet. Et ille quidem, ut rex præce-

perat, in Oriente substituit, et observabat quid facto opus esset. Quum igitur legati in Persidem venissent, Persarum regem, qui recenter in regium solum ascenderat, salutare magnopere cupiebant, et spem habebant, sibi non solum multum honoris et humanitatis impertitum iri, sed etiam, quæ peterent, sese impetratueros. Etenim post tam insignem victoriam sermones afferebant ab imperatore Romano co-mitate et humanitate plenos et ab omni insolentia remotos. Neque vero solum se verbis comem et benignum præbebat imperator, verum etiam re ipsa, quum tot captivos Persis restitueret. Et ex eo putabant fore ut, quæ sperabant, sine controversia consequerentur. Sed universa res in contrarium vertit. Primum enim unus ex his qui regi in negotiis et regiis et publicis ministeriū præbent, quos Latini a secretis vocant, obvium se media via legatis tulit, et eos est percunctatus, quid vellent, qua de causa venirent, et quid nuntii afferrent. Huic Zacharias et Theodorus re-sponderunt, id non illi, sed magistro (ut loquuntur Romani) dicendum. Hæc ubi dixerant, viam perreverunt. Post hunc alijs quoque ex Persis venit, qui peregrinationem illis im-pediebat : tardius enim de industria incedebat, et eos cun-ctari faciebat, neque ulterius progredi sinebat ; proprie stationes eligebat et paucas parasangas conficiebat, et ex alijs locis in alia loca huc illuc errantes et palantes traducebat : et in eo se illis male cupere satis indicabat. Etenimeos nulla humanitate colebat, et nulla habita ratione obser-

νον ἐξ ἐπιθυμητῆς τε καὶ μελέτης, ὥστε ἐπισχεῖν σφᾶς δόσον ἀν χρόνον οἶστε ὅσιν, ἐν τούτῳ τὴν κατὰ δύναμιν ποιησομένους τοῦ πολέμου παρασκευὴν, τὰ ἐπιτίθειά τε συναρθρούσαντας ἀποτεθησόμενα κατὰ δὴ τὸ δόσον οὕπω ἀναγκαῖον ἐς Νίσιδίν τε καὶ τὸ Δάρας τὰς πόλεις, ἔτι γε μὴν καὶ τὰ πέραν τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ καὶ τὰ τῇδε φρούρια ἀνάπλεα θέσθαι τῶν ἔδωδίμων ὡς ἀκριδός οὕτω ξυμβάν καταδηλησαμένης τοὺς ἔκεινη χαρπούς, καὶ ἀμα ἐρημωθέντων κατὰ τὴν προλαβοῦσαν Ῥωμαίων ἐπιδρομὴν ἀπάντων τῶν κατὰ ταῦτα χωρίων, λιμοῦ τε σφροδοστάτου τοῖς ἔκειστες ἐνσκήψαντος, πρὸς δὲ γε ἐφ' ὧ καὶ στρατολογῆσαι, ἀπε τοπεμησείσοντος ἐς τὸ ἐμβριθὲς τοῦ βασιλέως Πέρσῶν. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα αὐτοῖς ἐθεούσιοντο, μόλις μετὰ πλείστας δοσας ἡμέρας ἐδόθη τοῖς πρέσεσιν ἐς τὰ βασιλεῖα ἐσφοιτησαι. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα, καθὼς τῇ συνηθείᾳ ἐδόκει, θοινησάμενοι καὶ τὸ ἐκ βασιλέως γράμμα ἔγχειρίσαντες, πρός γε καὶ τοὺς δοριαλώτους ἀποδεδωκότες, ἐνθένε ἀνεγώρησαν, φιλοφροσύνης μηδὲν διτισῦν εὔρηκότες. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ δι παρὰ Πέρσαις τῆς αὐλῆς ἡγεμῶν καὶ Μεβάδης ἐπυ Ουανέσθην τὴν δύναμιν τῆς πρεσείας. Τῶν δὲ εἰπόντων, διτε δὴ περὶ εἰρήνης ἥκιοιεν πρεσεύσαμενοι, αὐτίκα οἴγε οὐ δὴ προσίεντο τοὺς περὶ τούτων αὐτῶν λόγους, φάσκοντες οὐκ ἐπιτετράφθαι τι τοιοῦτον, ἀλλὰ συλλαβάς ἀποδόντας ἀντιλαβεῖν χρῆναι, καὶ δις θάττον γε δήπου τῆς Πέρσῶν ἀπαλλαγῆναι. Ἐν φανερῷ τοίνυν ποιησαμένων τὴν ἐφείσταν αὐτοῖς τοῦτο κέλευσιν, ἔγνωσαν ἐν βραχεῖ, δι τὸ δύναται ἡ ἐπιστολὴ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος, καὶ τὴν ἀφίξιν τῆς πρεσείας ἀπασαν, δις ἔτοιμος εἴη κατασθεννύαι τὰ ἐκ τοῦ πολέ-

μου χαλεπά, καὶ τὴν περιμάχητον αὐτοῖς Ἀρμενίαν ἀπασαν ἀμαγῆτι ἐνδοῦναι, παραχωρῆσαι δέ σφισι καὶ Ἀρζανηνῆς, ἀντιχαριζόμενος τοῦ Δάρας τὸ Ἀφρουμῶν φρούριον. Ἐδέξατο μὲν οὖν καὶ αὖθις αὐτοὺς βασιλεὺς δ Πέρσῶν, τραχύτητι δὲ χρώμενος πρὸς ἔκαστα τῶν φιλανθρώπως γεγραμμένων οὔτε ἀποστήσεισθαι ἐφη πώποτε τοῦ Δάρας, οὐ μᾶλλον γε ἢ τῆς Νίσιδιος ἢ Σηγγάρων, ἀπερ καὶ αὐτὰ ἐκ Ῥωμαίων ἀπισχυρύτεο ἐξειν Πέρσας, οὔτε μὴν ἐλαττώσειν τι τῶν πατρών κτημάτων, ἀλλ' εἰ μὲν οἶντες ἔστιν, ἐς αὐξῆσιν αὐτὰ ἐνεγκιν, εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ γάρ καταλειπμένα φυλάξειν. Χοσρόην μὲν γάρ τὸν πατέρα ἐφη, ὃς, εἰγε περιῆν, ἵσως τὸ τοιούτος ἐπραξεν ἀν καὶ τὸ Δάρας ἀφῆκε Ῥωμαίοις. Τῷ γάρ προσκτησαμένῳ τι καὶ τοῦτο ἀποβεδληκότι οὐχ οὕτως αἰσχρόν· αἰσχύνη δὲ δροίων ἀπασιν ἀνθρώποις καταπροέσθαι τὰ πατρῷα. Ταῦτα εἰρήκως, δικ Μεβάδου πάλιν αὐτοῖς ἐποίησε κατάδηλον ὃς « ἐπὶ τίνι μέγα φρονοῦντες ἀξιοῦτι πρὸς ἡμῶν ἀνακομίζεσθαι τὸ Δάρας; ποῖον νενικήστες πόλεμον; ποίοις ἔγκαλωπιζόμενοι τροπαίοις; ποι δῆτα καθυπέρτεροι γενόμενοι Πέρσῶν; ἀλλ' διτε ἀπειρίας δραζάμενοι τοῦ Ταχοσδρῶ (Τανγκ.), καὶ περιάγαγόντες αὐτὸν ἐς ἄλλοτε ἀλλους χώρους, ἐπειδὴ περιπλανωμένου ἐξ Ἀρμενίας ἐκείνου εἰς Ἀρζανηνῆ καὶ ἀπὸ Ἀρζανηνῆς ἐς Ἀρμενίαν ἀδειαν ἔσχον οἱ Ῥωμαῖοι καταδραμεῖν τὴν ἐν Πέρσῶν τῷ τοι ἄρα βρενθύνοται ἵσως καὶ μεγαλαυχοῦσιν, ὑποτοπούντες ἐν ἐλάττονι μοίρᾳ τὰ ἡμέτερα κεῖσθαι. Ἰστωσαν οὖν, ἐφη, Ῥωμαῖοι, ὃς οὐδὲ ἄλλως ἀνέζομαι τῆς εἰρήνης, εἰ μὴ πα κατατίθεναι μέλλοιεν καὶ τὰ δυτα πρὸς βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ἔκομιζόμεθα γρήματα ἀν' ἔτος. »

vantiæ, quæ legatis debetur, viarum erroribus fatigabat. Et id quidem Persæ data opera et præmeditato consilio faciebant, quo legatos morarentur et quam diutissime detinerebant, ut maximum interea belli apparatum ficerent, et copias frumenti ad quamvis necessitatibus occasionem paratas in urbibus Nisibi et Daras congererent, atque etiam ultra Tigrim annem castella necessariis copiis implerent; quia locustæ in illis regionibus omnes agrorum fruges consumperaserant, et proximis Romanorum incursionibus agri desolati perinanserant. Itaque acerbissima fames instabat, præsertim quum rex Persarum ad grave bellum suscipiens exercitus pararet. Quum Persæ hoc consilii cepissent, vix post multos dies permisum est legatis, in regiam pedem inferre. Et primum quidem, ut moris est, sunt convivio excepti; quo facto, postquam literas ab imperatore tradidissent et captivos reddidissent, quum eos Persæ nullo liberali et benigno sermone dignati essent, discesserunt. Postridie aulæ apud Persas praefectus et Mebodes eos interrogaverunt, quæ esset ipsorum legationis potestas. Quum legati respondissent, se, ut de pace agerent, venisse, nullus de ea re sermones Persæ admiserunt, nihil ejusmodi sibi demandatut esse, dicentes. Itaque literas eos proferre, et vicissim accipere, et quam primum a Persarum finibus excedere jusserunt. Et quum legati mandata sua exhibuissent, Persæ omnia, quorum causa legatio decreta esset, cognoverunt: ut imperator paralus esset, mala ex bello orta so-

pire et Armeniam, de qua tot certamina fuissent, sine prælio eorum juris et potestatis facere; quin et Arzanene cedere, et pro Daras oppido Asumorum castellum illis tradere. Denuo Persarum rex legatos exceptit, et ad ea quæ imperator ad illum perhumane scripserat, acerbe admodum et arroganter respondit, se nunquam urbe Daras cessurum non magis, quam Nisibi aut Singaris, quas urbes a Romanis per vim captas haberent Persæ, neque quicquam ex possessionibus, quas illi pater reliquerit, se diminuturum, sed potius, si non auctiones faciat, saltem quantum in se esset, intacta conservaturum. « Pater Chosroes, inquit, si vixisset, fortasse eo descendisset, et Daras Romanis restituisset. Et enim, qui ipse imperii fines protendit, parta rursus amittere, non tam turpe est. Pudori autem est omnibus hominibus paterna profligare. » Hæc ubi dixerat, rursus per Meboden alia fere hujusmodi suggestit: Quanam de causa elati Romani Daras ab ipsis recipere poscant, qua victoria potiti, quibus tropæis se jactantes? ubi denique superiores Persis evaserunt? Imperitia quidem et imprudentia Tanchosdri res bene gesserunt; dum ipsum ex una regione in aliam circummagunt, et modo ex Armenia in Arzanenem, modo ex Arzanene in Armeniam excurrere cogitur, regionem Persarum, quæ est ad Orientem, depopulati sunt. Hoc est fortasse, quod magnos spiritus gerunt, quo superbiunt, existimantes deteriore conditione res nosstras prostratas jacere. « Sciant Romani, inquit, me nou-

Τοσαύτη μεγαληγορία χρησαμένου Ὄρμίσδα, μόλις ἀφείθησαν Ζαχαρίας τε καὶ Θεόδωρος, ἥρι τρῶν ἡδη φινόντων μηνῶν ἐκεῖσε ἐνδιατρίψαντες, πάντων δὲ τῶν δυσχερῶν ἐς πεῖραν ἐλθόντες· καὶ γάρ οὐδὲ δυσαέρα καθαρὸν ἀναπνεῦσαι, οὐ μὴν προκύψῃ ἐκ τοῦ τέγους, ἵνα ἐνδιαιτώμενοι ἥσαν, ξυνεχώρουν οἵς ἡ φυλακή τῶν πρέσβεων ἀνειμένη ἐτύγχανε· τό τε δωμάτιον αὐτὸς ζοφῶντες τε ἦν καὶ διάπνευστον (ἀδιάπνευστον Niebh.) καὶ ὥρη θέρους ἐς τὰ μάλιστα ἀναρμόδιον, ὡς δοκεῖν εἶναι τὸ χρῆμα εἰρκτήν. Τοῖς τοιοῖσθε τοίνυν δεινοῖς ἔκτετριμένους διαφῆκαν, πολλῷ δυσκολότερον αὖθις πρὸς τὴν ἐπάνοδον αὐτοῖς χρησάμενοι, ὡς μήτε τῶν ἀναγκαίων ἐς τὸ ἀποχρῶν σφισι μεταδιδόναι, τρίβειν τε τὸν χρόνον καὶ μακροτέραν αὐτοῖς τὴν πορείαν ἐργάζεσθαι. Μιᾶς γάρ ήμέρας δόδον σφᾶς ἀγγάγοντες ἐπὶ τὰ πρόσω, τῇ ἐφεξῆς δι' ἑτέρας ἀτραποῦ ἐς τοῦμπαλιν ἐπανηγγον, ἔως πολλῶν ἀνιαρῶν αὐτοὺς ἀναπλήσαντες, ὡς καὶ ἐκάτερον ἀμέλει νόσῳ βαρυτάτῃ περιπεσεῖν, ἐξώθησαν (ἐξώσθησαν? Hesch.) τῆς Περσῶν. Ἀφικομένης δὲ ταύτης τῆς ἀγγελίας παρὰ βασιλέα Ῥωμαίων καὶ παρὰ τὴν πάντων ἐλπίδα προσπεσούσης (οὐ γάρ ὅπηθι πώποτε Πέρσας ἐπὶ σμικροῖς ὀπτὰ καὶ λίαν συμμέτροις τὴν εἰρήνην μὴ προσδέξασθαι), Μαυρίχιος μὲν εἰκότως ἐσῆμαινεν ἔχεσθαι τοῦ πολέμου κατὰ τὸν προχωροῦντα τρόπον, καὶ τὰ ἄλλα περιεσκόπει, ὡς ἀν ἀμηγέπτη οἴστε ἔστοι βοηθῆσαι τοῖς πράγμασιν. Οἱ (Τῷ Bekk.) δὲ τὰ μὲν ἄλλα οὐκ εἶχε κακῶς τὸ στράτευμα· καὶ γάρ τὴν διανομὴν τῶν χρημάτων ἐπεποίητο.

aliis conditionibus pacem fieri permissurum, quam si persolvant omnes pecunias quas Justinianus singulis annis nobis pendere erat solitus. » Hac insolente oratione Hormida uso, vix tribus demum post mensibus elapsis, Zacharias et Theodorus difficillima et gravia quæque experiendo perpessi, missionem obtinuerunt. Neque enim purum aera haurire, neque libere ex tecto, sub quo diversabantur, in apertum exire eorum custodiae præpositi permittebant. Domus vero, in qua habitabant, erat obscurior, et quum in eam aura nulla perflaret, æstate in primis valde molesta erat; denique re vera domus carcer esse videbatur. His igitur malis et incommodis altritos et confessos multo graviora in reditu passuros dimisit. Nam ne illis rerum necessiarum copiam, quoad satis esset, administrabant, diem de die ducebant, et longioribus itineribus eos fatigabant. Etenim quam viam uno die confecerant, eam postridie retro eos ducebant, donec multis ærumnis conflictati, ita ut uteque in gravissimum morbum incideret, tandem Perside excesserunt. Cujus rei nuntius quum ad imperatorem afferretur, et præter omnem exspectationem illi accideret (non enim existimaverat, quum Romani ita faciles et moderatos se præbuissent, fore ut Persæ a pace abhorrerent), jure et merito Mauricio præcepit, ut bellum strenuo pararet, et cetera omnia ita instituit, ut omni modo suis rebus consuleret. Neque vero exercitus quoad cetera male habebat. Stipendia enim persoluta fuerant.

## 56. (579.)

Suidas v. Μαυρίχιος : Οὗτος δὲ προχειρίζεται στρατηγὸς τῆς ἑώρας ὑπὸ Τίβεριου Καίσαρας. Ὁς Μαυρίχιος ἐν πολέμοις μὲν καὶ ἀγῶνισιν οὐκ ἦν τεθράμμένος, ἔμφρων δὲ ἄλλως καὶ ἐμβριθῆς καὶ κατηκριθαμένος, ξυγκεράσας τε ἐν ἔσυτῷ ἀμφι φω τὰ ἐναντίως ἔχοντα ἀλλήλοις, δύχον φρονήματος καὶ πραστήτη, πάσης ὑπεροφίας τε καὶ δρφύος ἐλευθέραν. Τοιοῦτον δή τινα τὸν Μαυρίχιον ὄντα ἡ τῶν πραγμάτων ἡγεμονία παραλαβοῦσα, ἀνέδειξε πῶς εὐκλεέστερον τῇ πείρᾳ.

Nonnulla horum repetuntur v. Ὅγκος. Menandri locum esse conjectit Valesius.

## 57. (580. Tiberii. an. 3.)

Exc. De leg. gent. p. 125. 156 : Ὁτι πολιορκούντων Ῥωμαίων τὸ Χλωμάρων, καὶ προσβολὰς ἐν κύκλῳ ποιουμένων, τάς τε ἐλεπόδεις μηχανάς πειρισταντων, πρὸς δέ γε καὶ ὑπονόμους ἐνερθεν ὑπορυττόντων ἐς τὸ ἀφανὲς, στέλλει Βιγγάνης ὃς Μαυρίχιον τὸν (τε) τοῦ φρουρίου ἀρχιερέα· Χριστιανοὶ γάρ ἥσαν οἱ τῆς Ἀρέανης ἀπαντες. Ταύτη τοι, ὡς αἰδοῦς ἀξιωθησόμενον πρὸς Ῥωμαίων Χριστιανῶν ὄντων τὸν προεστῶτα τῶν ιερῶν τοῦ Χριστοῦ, ἰκετεύειν ἐπέτρεψε τῷ μυσταγωγῷ, εἰλλήφοτας δόποσς ἦν αὐτοῖς χρυσός τε καὶ ἀργυρός ἀπαναστῆναι καὶ μὴ πέρα πονεῖν. Οὔτε γάρ ἐνδώσειν ποτὲ, Βιγγάνου τὸν ἥλιον δρῶντος, τοὺς δοῖς γε ἐς τὸ Χλωμάρων εἰσὶ Ῥωμαίοις ἔστους· προσμενόντων τε τῇ πολιορκίᾳ Χριστιανῶν ἔσεσθαι τὸ διαφειρόμενον πλῆθος, καὶ ἀσεβήσειν Ῥωμαίους πρὸς θεὸν πειρῶντας ἀναιτίως τοὺς ἐνδον ἀπολλυμένους. Ταῦτα Βιγγά-

## 56.

Mauricius a Tiberio Cæsare dux copiarum per Orientem constitutus est: non ille quidem in bellis atque certaminibus innutritus, sed prudens vir et gravis et accuratus. Qui duas res maxime inter se contrarias in se conjunxit, summam animi magnitudinem et mansuetudinem arrogantia et supercilie plane vacuam. Talis quum esset Mauricius natura, ipsa experientia longe gloriosiorem eum demonstravit.

## 57.

Quum Romani Chlomaron oppidum obsiderent et armatis hominibus cingerent, et machinas, quibus urbes capiuntur, admoveant, cuniculi quoque subterranei in occulto subter terram ducerentur, Biganes misit urbis Episcopum (erant enim Christiani omnes incolæ Arzanæ), quem Romanos, quia Christiani erant, majore reverentia et honore excepturos, tanquam sacrorum antistitem, existimavit, ad Mauricium, eumque orare jussit, ut accepto quicquid apud obcessos erat auri et argenti, Romani obsidionem solverent, neque ultra in vanum laborarent. Neque enim unquam, quamdiu Bigani solem intueri licet, Christianos, qui in oppido essent, Romanis sese tradituros. Quodsi obsidionem continuarent, fore ut Christianorum multitudo periret. Ex quo fieret ut Romani impii erga deum essent, sine ulla sua

νης ἐδήλου. Μαυρίκιος δὲ πολλά τε καὶ ἐπαγγαγά τῷ  
ἱερεῖ διαλεχθεὶς καὶ τοῖς ἀμά αὐτῷ πρὸς ἱετεῖαν ἀφι-  
κομένοις, πίστεις τε εἰνοίας πρὸς τοῦ Ἱερέως εἰληφώς,  
ἀπαγγέλλειν ἔκελευσε Βιγγάνη, ὃς, εἴπερ ἔκυτὸν ἐνδό-  
σει Ῥωμαίοις, ὁξιώματός τε μείζονος ἥπερ ἐφ' οὐ νῦν  
ἔστι παρὰ Πέρσαις ὁξιώθησται πρὸς Ῥωμαίων, κτή-  
σεώς τε διπλασίας καὶ ἀλλης ἕποριας γενήσεται κύριος.  
Καὶ ἔτερα δὲ, δόπτα ἦν ἐφολκή, εἰπὼν ἀφίσιν αὐθίς  
ἔνδον τοῦ φρουρίου γενέσθαι τὸν Ἱερέα καὶ τοὺς ἔν  
αὐτῷ. Ἀλλὰ γάρ ὁ Βιγγάνης εὐνούστατα ἔχων ὡς βασι-  
λέα Πέρσῶν καὶ ἐς τὴν κατ' αὐτὸν πολιτείαν, ἔτι γε  
μὴν τῷ χώρῳ πίσυνος, ἤκιστα ταῖς μεγίσταις ὑποσχέ-  
σεις Μαυρίκιου τὰ ὄντα ὑπέσχεται, καὶ ταῦτα βάρβαρος  
ῶν οὐκ ἀφῆνίστε τοῦ πρέποντος, τὴν δὲ ἐξ ἀρχῆς δου-  
λείαν τιμιωτέραν ἡγήσατο πλούτου. Στέλλει δὲ αὖθις  
τὰ ἐξ ἀγιστείαν τοῦ θεοῦ ἀνειμένα, περιρραντήριά τε  
καὶ ἐκπάντα καὶ ἀλλα δσα τιμαλφέστατα σκεύη, ὡς  
Μαυρίκιον, καθάπερ ἀμέλει λύτρα τούτου τοῦ φρουρίου  
ταῦτα ὑποδέσθαι ἀντικόλλων, τὴν πολιορκίαν κατα-  
λύσοντα. Ἀτάρ δ στρατηγὸς ἐπειδὴ ταῦτα ὑμέαστο, οὐ  
προσήκατο, καίτοι ἐρίτιμα τυγχάνοντα· ἢξειν γάρ  
ἔφασκεν οὐ τὰ Ἱερά σκυλεύσων οὔτε μὴν Χριστῷ μαχη-  
σμένος, ἀλλὰ σὺν Χριστῷ πολεμήσων, καὶ μᾶλλον ἔξαι-  
ρησμένος τοὺς δομόδους πρὸς τῶν οὐκ δρῦλ φρονούν-  
των Περσῶν. Εἶτα ἐν ἀπορρήτῳ ἔλεξε τῷ Ἱερουργῷ δσα  
ἐχρῆν, συνεχώρησε τε αὖθις εἰσω γενέσθαι τοῦ φρουρίου.  
Ως δὲ ἐπανῆκε τὸ τελευταῖον δι ιερεὺς δι βάρβαρος, καὶ  
οὐδὲν διτοῦν ἐς τὸ ίδιν τῆς γνώμης ἐφθέγξατο, ἐς τούν-  
αντίον μὲν οὖν τὰ Πέρσῶν ἐπεφώρατο ἀσπαζόμενος,

culpa misere perire paterentur. Haec Biganes prædicavit. At Mauricius, quum comiter multa cum episcopo esset collactus, et cum his, qui una ad exorandos Romanos venerant, bona fide utrinque jurejurando firmaata, eum renuntiare jussit Bigani, si se Romanis traderet, in majore honore eum apud Romanos futurum, quam nunc apud Persas sit, et possessionem duplo ampliorem et omnium rerum affluentiam nacturum; pluraque alia, quibus illum alliceret, dictitans, dimisit sacerdotem et eos qui cum eo erant, ut in urbem revertentur. Sed Biganis summa erat erga regem et rem publicam Persarum voluntas, et magna loci fiducia. Itaque quamvis barbarus esset, maximis Mauricii pollicitationibus minime aures præbuit, neque ab honesto recessit. Justam enim et legitimam servitatem erga eum, qui regno præferat, longe divitiis honoriſcentiorem duxit. Quamobrem iterum aquiminaria et poula et alia pretiosiora vasa, quae dei cultui inserviebant, ad Mauricium misit, orans, ut ea pro oppidi redemptione sumeret et ab obsidione desisteret. Seddux ubi haec vidit, quamvis magni pretii essent, tamen contempsit. Illuc enim dixit se venisse, non ut sacra expilaret, aut Christo bellum faceret, sed potius ut Christo opitulante et favente bellum gereret, et recta de fide sentientes contra Persas, qui a vera dei cognitione aberrarent, tueretur. Deinde quædam secreto cum sacerdote, qua ad negotium, quod inter eos tractabatur, pertinebant, collactus, concessit, ut rursus in oppidum rediret. Postremo ut rursus sacerdos exiit nihil

ξυλλαμβάνεται μὲν δγε καὶ οἱ ἔν αὐτῷ, αῦθις δὲ ἐγκε-  
λευσαμένου τοῦ στρατηγοῦ, εἰχοντο τῆς πολιορκίας οἱ  
Ῥωμαῖοι.

## 58.

Suidas v. Ἄπεταφρευον : Μένανδρος. » Οἱ  
Ῥωμαῖοι γάρ οὐκ ἀπετάφρευον τὸ πρότερον, οὔτε μὴν  
ἐν ἐπιστήμῃ πάμπαν τὸ τοιόνδε εἰχον πρότερον, ἡ Μαυ-  
ρίκιον τὸν Παύλου ἡγήσασθαι τοῦ ἔφου πολέμου· ἐπειδὴ  
δὲ (ὅτε) τὴν στρατηγίαν εἶχεν ἡγεμονεύουσαν αὐτῷ τῆς  
ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἀτραποῦ, τὸ τοιόνδε βαθυμίᾳ πα-  
ροφθέν ἐς τὸ δέον ἐπανήγαγε. Ῥωμαῖοι γάρ μη βου-  
λομένοις ἦν τὸ χρῆμα, καὶ εἰς λήθην κατώλισθεν πόνος  
γάρ σκνω πολέμιος. »

## 59.

Exc. De sent. p. 362. 363: "Οτι ὡς ἔοικε, πρὶν  
ἢ Μαυρίκιον ἡγεμονεύσαι τοῦ στρατοῦ, τὰ κατὰ τῶν  
δασμοφορούντων ἀδικήματα ἐσφῆται Ῥωμαίους. Ταύτη  
τοι κατά τινα θεήλατον δργήν τὰ δοκηθέντα οὐκ ἐτε-  
λέσθη, ἀλλὰ γάρ καὶ ἀπέσκηψεν εἰς τούναντίον. Φιλεῖ  
γάρ πως τὸ θεοῖν ἀδικα πεπραχόστιν οὔτ' οἰομένοις τὰς  
ποινὰς ἐπιφέρειν, ὡς ἀν τῷ παραλόγῳ τῶν ἀποβάν-  
των σωφρονίζοντο πλέον.

Ἄφεστχότος γάρ ἔτι τοῦ τῶν πολεμίων στρατοῦ καὶ  
τὸ πλῆθος τῆς Ῥωμαϊκῆς [δυνάμεως] δεδίοτος, και-  
ροφυλακοῦντος δὲ εἰ τῇ διασπασθεῖν καὶ δύσοιεν αὐτοὶ<sup>τῆς καθ'</sup> ἔσατον ἐφδόυν καιρὸν ἀσύμφορον· ἔδοξε δέ  
τισι τοὺς ἀμά πάντας ἀπροσμάχους νομίζομένους, τού-

quicquam, quod ex re esset, afferens, sed aperte Persarum  
rebus faveret, ipse et qui cum eo erant jussu ducis in  
vincula conjecti sunt. Romani vero obsidionem conti-  
nuarunt.

## 58.

Romani antea castra sua fossis non muniebant, nec rei  
eius rationem ullo modo norant, priusquam Mauricius,  
Pauli filius, in Oriente belli dux constitueretur. Ille vero  
postquam ad ducatum est evectus, quæ postea ipsi viam ad  
imperium munivit, rem prædictam per socordiam jamdiu  
intermissam in usum revocavit. Romani enim laborem  
ejusmodi defugiebant, remque oblivioni tradiderant. Labor  
enim ignaviae inimicus est.

## 59.

Antequam Mauricius ductaret exercitum, injuria, ut  
arbitror, adversus stipendiarios populos rem Romanam la-  
befactaverant. Eam ob rem atque ob cœlestem nescio quam  
iram suscepta consilia successu caruerunt, immo contra-  
rium exitum nacta sunt. Solet enim numen iniquis nec opin-  
nantibus poenas infligere, ut subitis casibus modestiores  
reddantur.

Nam quum adhuc hostilis procul esset exercitus, copia-  
rumque Romanarum numerum pertimesceret, atque ido-  
neum tempus expectaret, dum hæ fortasse dispergerentur,  
atque incursioni hostili cum ipsorum damno patescerent;  
visum est nonnullis optimum fore, si, qui conjunctim in-

τους κατὰ τὴν πολεμίαν διαχρεβίντας εὐεπιχειρήτους ποιῆσαι.

per literas jussit Theognidem bellum his conditionibus solvere, ut liceret omnibus qui in urbe habitabant, salvis et incolumibus exire, neque quicquam suarum rerum inde asportare præter vitam et unam vestem. Itaque in has conventiones consenserunt, et bellum his conditionibus desit, ut Romani Avaribus urbem dederent, et Aves Romanis omnem, quæ in ea erat, multitudinem, absque his quæ unusquisque eorum in bonis habebat, concederent. Exegit etiam Chaganus trium præteriorum annorum aurum, quod non acceperat, et illi Romani solvere solebant, ut armis abstineret. Erant vero pecuniae, quæ pro pace unoquoque anno pendebantur, ad octoginta millia nummorum aureorum. Præterea unus ex his, qui sub eo militabant, in Romanorum regiones fugerat, quia dicebatur adulterium cum Baiani uxore commisisse. Hoc significavit Theognidi, et sibi transfugam reddi postulavit, seque non aliter frēderum conditiones ferre posse affirmavit. Theognis respondit, Romani imperatoris ditionem longe lateque patere, in qua, propterea quod amplissima et vastissima esset, res difficilis inventu foret vir exul in ea errans, qui fortasse etiam jam periret. Ad ea Bajanus dixit: « Jurent igitur Romani duces, se perquisituros, et si transfugam reperirent, non occultaturos, sed omnino eum in manus Avarum regi tradituros; sin autem fato functus sit, ejus rei ipsum certiore facturos esse. »

## INCERTÆ SEDIS.

67.

Suidas v. ἀθέλτερος : Μένανδρος. « Εἰς τοῦτο ἀθέλτηρίας ἥλασεν αὐτοῖς δ νοῦς, ὃς τε θάτερον μέρος τῆς κατὰ θατέρου μᾶλλον ἢ τὴν κατὰ τῶν πολεμίων εὔχεσθαι νίκην. »

68.

Idem v. αἴσιος δ καθήκων, ἀληθής. Μένανδρος. « Ἄλλ’ οὐκ αἴσιος αὐτοῖς ἐπέπνευσεν ἡ τύχη· οἱ γάρ ἔθελοκακοῦντες οὐχ (νοεμοὶ) delendam censem Kūster.) ὑπεστάλησαν. » Cf. Suidas v. ἔθελοκάκως, ubi ex anonymo citantur verba : ἔθελοκακοῦντες αὐτῷ διὰ πλείους αἰτίας. Referenda haec esse ad ipsum illum Menandri locum, qui v. αἴσιος laudatur, adeo ut plura ibi omissa sint, censem Bernhardyus.

69.

Idem v. ἀνάπταυλαν : Μένανδρος. « Ωδὶ γάρ (Ωδίγαρ Nieb.) Οὖννων ἡγεμῶν μέγιστος ἔτυχεν ἀναπάυλης, » τοιτέστιν ἀπέθανε.

70.

Idem v. ἀτραχτον : Μένανδρος. « Ο δὲ ἐπετο-  
ξάζετο κατὰ τοῦ βαρβάρου, καὶ μάλα εὐστοχώτατα τὸ  
κέρας ἔκτείνας ἀφίσης τὸν ἀτραχτον κατὰ τοῦ Κώχ.

Idem v. εὐθύωρον : « Τὸ δὲ βέλος ἀνεῳγμένον  
προφθάσαν τὸ στόμα, ἐκεῖσε ἐμπεσὸν, κατέπιεσε τὴν  
πτῆσιν· καὶ δὴ δ Κώλη εὐθυωρὸν ἀπεβίω. »

71.

Idem v. ἐπεθείαζε : Μένανδρος. « Ο δὲ ἡγεμῶν  
ἐν ἑνὶ τῶν ἐπτὰ λόφων ἀνελθὼν, ἐπεθείαζε βόμβας  
βαρβάροις, καὶ γαυρῷ τῷ φρονήματι μεγαληγορίᾳ  
ἔχρητο. »

67.

Eo vesaniae progressi sunt, ut a se invicem, magis quam ab hostibus, victoriam reportare optarent.

68.

Verumtamen iis feliciter non adspiravit fortuna; refractarii enim milites obsequium et operam denegaverunt.

69.

Odigar, maximus Hunnorum dux, quietem mortis consecutus est.

70.

Ille vero arcum in barbarum intendens, jactu haud vano sagittam in Cochum emisit. Porro telum, quum per os apertum intrasset, in gutture hæsit. Cochus vero statim vita excessit.

71.

Dux vero in unum e septem collibus descendit, et lymphatici instar barbara verba proloquens, insolenti fastu orationem jaectantiae plenam habuit.

Idem v. θεήλατος : Μένανδρος. « Ο δὲ Ναρσῆς, δε εἰώθει τῶν πολεμίων ἀεὶ κρατεῖν, κατά τινα θεήλατον ὄργην (ὄρυγὴ conj. Küster.) ἔψυγε προτροπάδην. »

72.

Idem v. σπαλίωνες : Παρὰ δὲ Μενάνδρῳ σπαλίωνές εἰσι μηχανήματα, καλύπτραι τινὲς βοείοις δέρμασιν ἔκτάσην ξυντεθειμέναι, ξύλοις τε ἀνδρομήκεσιν αἰνιρούμεναι· ὃν ἔνερθεν ὑπεισδύντες ὅπλαται, ἐν χρῷ τε τοῖς τείχει προσπελάζοντες, ὅργανά τε λαστόμα καὶ τοιχωρύχα μεταχειριζόμενοι ὑπὸ γῆν αὐλῶνας ἐργάζονται, ἐγκείμενοι τε καὶ διορύττοντες, εἰς ποι τείχους τι μέρος καταρρίψιεν, ή ἀλλιρ τινὶ τρόπῳ ἐντὸς κενωμάτιν γενόμενοι δυοῖν ἀνύσουσι γε τὸ ἔτερον, ή τὴν γῆν ἀναρρήσαντες τοῦ περιβόλου γενήσοιντο εἰσῶ, ή τοῦ κατὰ τὸ ἔνδον φρέατος τοὺς σήραγγας ἀγαγόντες, ἐπ' εὐθείας ἐκκενώσαντες ἐφελκύσαντες τὸ ὕδωρ εἰς τὰ γλαφυρά τε καὶ κοῖλα τοῦ δρύγματος.

74.. 75.

Idem v. φιλεριστῆσαι : Μένανδρος. « Τὸ γάρ φιλερι τῆς φιλοπρωτίας μεταξὺ αὐτῶν συμπεσὸν διείλυσε τὰς δυνάμεις. »

Idem v. χάρακα : Μένανδρος. « Πολλοὶ γάρ ἐχλειστοπότες τὸν χάρακα, τὰς κώμας ἐπόρθουν. »

Apud Suidam v. ἀνάριστος Menandri mentio pertinet ad comicum poetam. Quae leguntur v. εὐψυχος non e Menandro hist., sed ex Appiano De bell Hispan. petita sunt, monente Küstero. Denique v. περιπέττειν sub Menandri nomine afferuntur quae sunt Theophylacti Simocattæ Hist. II, 9.

72.

Narses autem, qui semper hostes vincere consueverat, func tergum hostibus dedit.

73.

Apud Menandrum σπαλίωνες sunt machinae, seu tecta ex pellibus bubulis expansis confecta, quae contis viri longitudinem habentibus attolluntur. Ea quum milites subierunt, ad mecenia accidentes, et instrumenta lapidibus cedendis murisque subruendis tenentes, sub terra cuniculos agunt, terram continuo fodientes, ut vel partem aliquam murorum dejiciant, vel si quo alio modo in loca excavata penetrarint, alterutrum efficiant; aut ut terra perfossa, intra muros perveniant; aut cuniculis ad puteum intra urbem situm perductis, aquam recta inde eliciant et in excavatas fossas derivent.

74.. 75.

Nam contentio de principatu inter eos orta copias bellicas dissolvit.

Multi enim derelicto va' o pagos diripiebant.

# THEOPHANES BYZANTIUS.

Theophanes Byzantius, a reliquis ille hujus nominis scriptoribus probe distinguendus, libris decem consignavit res Justini et Tiberii (565-581), ac præ ceteris ea videtur persecutus esse, quæ contra Persas imperatores Romani gesserunt. Initium historiarum sumpsit ab anno quo Joannes Comentiolus ad Persarum regem legationem obiit (566); qua quum nihil Justinus proficeret, foedera, quæ Justinianus et Chosroes in annos quinquaginta pepigerant, erupta sunt (566). Liber ultimus desiit in belli inde ab anno 572 suscepti annum decimum (581), sive in Tiberii annum postremum. Præterea Theophanes res Justiniani descriperat, aliasque libros (de rebus Mauriciorum) nescio quousque pertinentes iis quæ Photius legerat decem voluminibus subjunxerat. Scripsit auctor postremis annis Mauriciorum imp.

Photius Bibl. cod. 64 :

Ανεγνώσθησαν Θεοφάνους Βυζαντίου Ἰστορικῶν λόγοι δέκα. Ἀρχεται δὲ διὰ πρῶτος λόγος ἀπὸ ποὺ Περσικοῦ πολέμου τοῦ συστάντος μετὰ τὴν διάλυσιν τῶν σπουδῶν, διὰ Ἰουστινιανὸς δι βασιλεὺς καὶ Χοσρόης δι Περσῶν ἀλλήλοις ἔθεντο. Ἔλυσε δὲ Χοσρόης τε αὐτὸς, καὶ Ἰουστίνος, διάδοχος Ἰουστινιανοῦ καταστάς, δευτέρου ἔτους τῆς ἀρχῆς αὐτῷ περαιουμένου. Ἀρχόμενος δὲ ἐντεῦθεν τῆς ἴστοριας κάτεισι μέχρι δεκάτου ἔτους αὐτοῦ τοῦ πολέμου. Μέμνηται δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ βιβλίου λόγῳ καὶ τὰ κατὰ Ἰουστινιανὸν ἴστορησαι. Οὐ μὴν ἀλλὰ δῆλος ἔστιν, ὡς καὶ ἐφεξῆς τῶν δέκα λόγων ἔτερους συνέταξε. Διέξεισι δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ τῷ λόγῳ, δῆπος αἱ σπουδαὶ συνεχύθησαν Ἰουστίνου. μὲν

Lecti sunt Theophanis Constantinopolitani Historiarum libri decem, quorum primus initium ducit ab illo Persico bello, quod ruptis jam foederibus iis exortum est, quæ Justinianus imperator et Chosroes, Persarum rex, invicem constituerant (562). Solverat ea Chosroes ipse, et Justinus, Justiniani jam successor, exente altero imperii anno (566). Hinc ergo narrationem auspicatus, pergit porro ad annum usque belli decimum. Meminit vero hoc ipso primo volume libri, scripsisse ea quoque se quæ sub Justiniano gesta sunt, imo et plures eum decem hisce subjunxisse libros, satis manifeste appareat. Narrat autem hoc libro, quæ ratione pacta conventa sint dissoluta, quum Justinus per Comentiolum Suaniam a Chosro repeteret (*cf. Menandri fr. 15*), ipse vero verbo quidem promitteret, non tamen re praestaret. Refert et in tota Mesopotamia terram movisse, initium nimirum calamitatum, quæ subsecutæ sunt.

2. In Oriente ad Tanaim Turci degunt, qui Massageta antiquitus dicti, a Persis sua lingua Kermichiones appellantur. Hi tempestate hac legatos cum munieribus ad Justi-

διὰ Κομεντιόλου Σουανίαν παρὰ Χοσρόου ἀπαιτοῦντος, αὐτοῦ δὲ ὑποτιθεμένου, οὐ μέντοι διδοῦντος δῆπος τε ἡ Μεσοποταμία πᾶσα ἐσείσθη, προσίμιον τῶν ἐπελευσιμένων κακῶν γενομένη.

2. Οτι τὰ πρὸς εὖρον ἀνεμον τοῦ Τανάϊδος Τοῦρκοι νέμονται οἱ πάλαι Μασσαγέται καλούμενοι, οὓς Πέρσαι οἰκεῖ γλώσση Κερμιχίωνάς φασι. Καὶ αὐτοὶ δὲ ἐν τῷ τότε δῶρα καὶ πρέσβεις πρὸς βασιλέα Ἰουστίνον ἔστειλχν, δεόμενοι μὴ ὑποδέξασθαι αὐτὸν τοὺς Ἀβάρους. Οἱ δὲ τὰ δῶρα λαβὼν καὶ ἀντιφιλοφρονησάμενος, ἀπέλυσεν εἰς τὰ οἰκεῖα. Τοῖς δὲ Ἀβάροις ὑστερον ἐλθοῦσι καὶ Παννονίαν οἰκῆσαι καὶ εἰρήνης τυχεῖν δεομένοις, διὰ τὸν πρὸς τοὺς Τούρκους λόγον καὶ τὰς συνθήκας οὓς ἔσπεισατο.

3. Οτι τὴν τῶν σκωλήκων γένεσιν ἀνὴρ Πέρσης, βασιλεύοντος Ἰουστίνον, ἐν Βυζαντίῳ ὑπέδειξεν, οὐπω πρότερον ἐγνωσμένην Ρωμαίοις. Οὗτος δὲ ἐκ Σηρῶν δρμηθεὶς δι Πέρσας, τὸ σπέρμα τῶν σκωλήκων ἐν νάρθηκι λαβὼν μέχρι Βυζαντίου διεσώσατο, καὶ τοῦ ἔαρος ἀρξαμένου ἐπὶ τὴν τροφὴν τῶν συκαμίνων φύλλων ἐπαφῆκε τὰ σπέρματα· τὰ δὲ τραφέντα τοῖς φύλλοις ἐπτεροφύσετε καὶ τάλλα εἰργάσατο. Ων τὴν τε γένεσιν καὶ τὴν ἐργασίαν δι βασιλεὺς Ἰουστίνος ὑστερον τοῖς Τούρκοις ὑποδέιξας ἐθάμβησεν. Οἱ γὰρ Τοῦρκοι τότε τὰ τε Σηρῶν ἐμπόρια καὶ τοὺς λιμένας κατεῖγον· ταῦτα δὲ πρὸν μὲν Πέρσαι κατεῖχον· Ἐφθαλάνου δὲ τοῦ Ἐφθαλιτῶν βασιλέως, ἐξ οὗ καὶ τὸ γένος ἔσχε τὴν κλῆσιν, Περόζην καὶ Πέρσας νικήσαντος, ἀφρέθησαν μὲν τούτων οἱ Πέρσαι, δεσπόται δὲ κατέστησαν Ἐφθαλῖται. Οὓς μικρῷ ὑστερον μάχῃ νικήσαντες Τοῦρκοι ἀφεῖλον ἐξ αὐτῶν καὶ ταῦτα. Ἰουστίνος δὲ Ζήμαρχον ἐς τοὺς Τούρκους πρέ-

num imperatorem legarunt, ne Avaros reciperet, obsecrantes (c. 568). Ille munera libenter accepit, omnique adeo benevolentiae atque humanitatis genere legatos complexus, domum remisit. Quumque Avari mox accessissent, qui Pannoniam habitare, paceque frui Romanorum precabantur, ob datum Turcis fidem pactasque conditiones repulsas tulerunt.

3. Bombycum originem homo quidam Persa, Justiniano imperante, Constantinopoli ostendit, nunquam antea Romanis cognitum. Hic Persa et Serum regione proiectus vermium semen ferula inclusum, Constantinopolim salvum deportavit, ac vere ineunte in alimentum mori foliis semina imposuit: quæ foliis nutrita, et in alas se induerunt, et mire cœperunt operari. Ergo bombycum ortum texendique artificium quum post Turcis Justinus imperator ostendisset, vehementer obstupuerunt: nam Serum illi tum emporia portusque tenebant, que Persæ prius tenuerant. Ephthalanus enim, Ephthalitarum rex, a quo et appellationem universum genus traxit, Perozen et Persas quum vicisset, submoti his locis Persæ, rerum vero potiti sunt

σειν ἀπέστειλεν, ὃς καὶ λαμπρῶς ἔστιάσας τε τοὺς Τούρκους, καὶ ἐς τὰ μάλιστα φιλορρονθεῖς, ἐς τὸ Βυζάντιον ἐπανήσει. Διὸ καὶ ὁ Χοσρόης ἐπ' Αἰθίοπας, φίλους ὅντας Ῥωμαίοις, τοὺς πάλαι μὲν Μαχροβίους, νῦν δὲ Ὁμηρίτας καλουμένους, ἐστράτευσε· καὶ τὸν τε βασιλέα τῶν Ὁμηριτῶν Σανατούρκην διὰ Μιράνους τοῦ Περσῶν στρατηγοῦ ἐζώγηρης, τὴν τε πόλιν αὐτῶν ἐξεπόρθησε, καὶ τὸ ἔθνος παρεστήσατο. Διέξεισι δὲ καὶ δῆπος Ἀρμένιοι ὑπὸ Σουρῆνου κακούμενοι, καὶ μάλιστα περὶ τὴν εὐσέβειαν, τὸν τε Σουρῆναν δυοφρονήσαντες διὰ Οὐαρδάνου, οὗ τὸν ἀδελφὸν Μανουὴλ ἐτύγχανεν ἀνελὼν, καὶ δι' ἑτέρου τινὸς Οὐαρδοῦ ἀνεῖλον, καὶ Περσῶν ἀποστάντες Ῥωμαίοις προσεχώρησαν, τὸ Δούνιος τὸ πόλισμα, ἐνῷ κατώκουν, ἀπολιτόντες, καὶ πρὸς τὰ Ῥωμαίων ἥθη γενόμενοι. Καὶ τοῦτο μάλιστα γέγονε τῆς τῶν Περσῶν πρὸς Ῥωμαίους σπονδῶν καταλύσεως αἴτιον. Ἀπέστησαν δὲ παραυτίκα καὶ Ἰβηρες, καὶ προσεχώρησαν Ῥωμαίοις, Γοργένους αὐτῶν ἡγεμονεύεντος. Ἡν δὲ τῶν Ἰβήρων τότε ἡ Τίφιλις μητρόπολις.

4. Ὄτι Μαρκιανὸς δ τοῦ Ἰουστίνου τοῦ βασιλέως ἐξάδελφος, τῆς ἕω χειροτονηθεὶς στρατηγὸς, εἰς τὸν

Ephthalitae : quos post paulo Turci prælio superantes, his etiam finibus pepulerunt (*cf. Men. fr. 18*). Justinus Zemarchum ad Turcos legatum misit (568 : *cf. Men. fr. 21*) ; qui et publice eos epulis excipiens, omnique adeo officii genere exceptus Constantinopolim remissus est. Quamobrem etiam Chosroes in Aethiopas, amicos populi Romani, olim Macrobios, nunc Homeritas appellatos, expeditionem suscepit, regemque Homeritarum, Sanaturcen, opera Meranis, Persarum ducis, vivum cepit, urbeque eorum direpta, incolas subjugavit. Armenii a Surena male acceperunt, maxime in pietatis religionisque negotio, Surenam, conjuratione facta per Vardanum, cuius fratrem Manuelem ille intersecerat, et alium quandam Vardum occiderunt, et a Persis deficiente ad Romanos transiere, relictisque oppido, quod incolebant, Dubii nomine, in Romanorum regionem commigrarunt, atque hæc ipsa potissimum causa Persis fuit rumpendi foederis induciarumque cum Romanis. Desciverunt post hos statim etiam Iberes, et Gorgene ipsos ducente, ad Romanos transierunt. Metropolis autem Iberorum Tiphilis tunc erat (*cf. Men. fr. 35 a. 36. an. 571*).

πρὸς Χοσρόην πόλεμον ὅγδοων ἔτει τῆς Ἰουστίνου βασιλείας ἐξαποστέλλεται. Ἰωάννης δὲ δ τῆς Ἀρμενίας στρατηγὸς, καὶ Μιράνης δ τῶν Περσῶν, δ καὶ Βαραμάνης, τὴν στρατείαν συνήθοιζεν. Καὶ τοῖς μὲν Ἀρμενίοις συνεμάχουν Κολχοὶ, Ἀβασγοὶ καὶ Σαρώνες δ Ἀλανῶν βασιλεύεις· τῷ δὲ Μιράνη Σάδιροι καὶ Δαγύνες καὶ τὸ Διλμαϊνὸν ἔθνος. Πολεμήσας δὲ δ Μαρκιανὸς τὸν Μιράνην περὶ τὴν Νισιθηγῶν πόλιν, αὐτὸν μὲν ἐς φυγὴν ἐτρέψεν, ἀνεῖλε δὲ ἐν τῇ μάχῃ χιλίους καὶ διακοσίους, καὶ ζῶντες ἐλήφθησαν ἔδομοικοντα· Ῥωμαίων δὲ ἄνδρες ἀνηρέθησαν ἐπτά. Ἐπολιόρκει τε ἦδη καὶ τὸ τῶν Νισιθηγῶν τεῖχος. Χοσρόης δὲ ταῦτα μαθὼν, τεσσαράκοντα μὲν χιλιάδας ἵππεων, πεζῶν δὲ ὑπὲρ τὰς ἑκατὸν συναγέρτας, ἡπείρητο βοηθεῖν καὶ πολεμεῖν Ῥωμαίοις. Ἐν τούτῳ δὲ διαβάλλεται δ Μαρκιανὸς τῷ βασιλεῖ ὡς ἐρῶν τυραννίδος, καὶ δ βασιλεὺς πεισθεὶς αὐτὸν μὲν παρέλυσε τῆς ἀρχῆς, Θεόδωρον ἀντικαταστήσας τὸν τοῦ Ἰουστίνιανοῦ παῖδα, Τζίρον ἐπίκλην. Ἀταξίας δὲ διὰ ταῦτα συμβάστησε, τῆς τε πολιορκίας Ῥωμαῖοι ἀπέσχοντο, καὶ Χοσρόης τὸ Δάρας πολιορκήσας παρεστήσατο.

4. Marcianus, Justini imperatoris patrulus, Orientis dux jam renuntiatus, in expeditionem adversus Chosroem octavo imperii Justini anno missus est (572). Joannes vero, Armeniæ dux, et Meranes Persarum, qui et Baramaenes (*Mar.?*), exercitum colligebant. Et Armeniis quidem socios se conjunxerunt Colchi, Abasgi et Saroes, rex Alanorum; Merani vero Sabiri et Daganes et Dilmaina gens. Marcianus ad Nisibenorum urbem, signis collatis, Meranem in fugam convertit: eoque prælio mille et ducentos cecidit, vivos cepit septuaginta, Romanis septem dumtaxat desideratis. Mox Nisibenorum moenia obsidione cinxit. Chosroes, re mature cognita, quadraginta equitum millia, peditum vero amplius centum conducens, auxilium ferre et cum Romanis configlere properavit. Interea apud imperatorem Marcianus affectati imperii accusatur, et calumnias fidem adhibens Justinus, exercitus eum imperio submovit, Theodorumque, Justiniani filium, Tzirum cognomento, sufficit. Hinc turbatis rebus Romani quoque obsidionem solverunt, et Chosroes Daras, oppugnatam urbem, vi cepit (573).

# JOANNES EPIPHANIENSIS.

---

Euagrius V, 24 extr. : Προκοπίω δὲ τῷ ῥήτορι πεποίηται τὰ ἔξεκίνου (Ἀναστασίου) ἔως τῶν Ἰουστινιανοῦ χρόνων· καὶ τὰ ἔχόμενα δὲ τούτων Ἀγαθίω τῷ ῥήτορι καὶ Ἰωάννη ἐμῷ τε πολίτῃ καὶ συγγενεῖ καὶ εἰρημὸν ἰστόρηται μέχρι τῆς Χοσρόου τοῦ νέου πρὸς Ρωμαίους φυγῆς (590 p. C.), καὶ τῆς εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἀποκαταστάσεως, Μαυρικίου μηδαμῶν πρὸς τὴν πρᾶξιν ἐλιγύσαντος, ἀποδεξαμένου δὲ βασιλικῶς, καὶ μάλιστα τάχιστα ἐς τὴν βασιλείαν χρήματι τε μεγάλοις καὶ στρατεύμασι καταγαγόντος (v. Euagr. VI, 17-21)· εἰ καὶ μήπω ἔτυχον ἐκδεδωκότες.

« Hic Joannes Epiphaniensis fuit. Nam quum Euagrius eum, civem suum appellat, Epiphaniensem eum fuisse necesse est, si quidem Epiphania, Syriae urbs, patria fuit Euagrii. Quare fallitur Vossius in libro De historicis græcis, qui Joannem hunc domo Antiochenum fuisse existimat. » Valesius ad Euagr. p. 122. Cf. id. p. 61.

Fragmentum Historiarum, quas Joannes condidit, clarissimus Hasius e codice Vaticano edidit ad calcem Leonis Diaconi (Paris. 1819 fol.). Idem in præf. p. xiii sq. de codice illo deque historico nostro exponit hunc in modum : « Fragmentum Joannis Epiphaniensis reperi in codice Vaticano 1056, constante foliis centum, initio et fine mutilo; ubi post Theophylacti Simocattæ dialogos De questionibus physicis, Constantimum Porphyrog. De them., Procopium De ædificiis, alia, habetur fol. 94 vso—100 vso exordium historiæ Joanneæ, inscriptum : Ἰωάννου, σχολαστικοῦ καὶ ἀπὸ ἐπάρχων, Ἐπιφανέως, περὶ τῆς τοῦ νέου Χοσρόου προσχωρήσεως πρὸς Μαυρίκιον, τὸν Ρωμαίων αὐτοχράτορα, ἰστοριῶν τόμος α'. Sed ne is quidem tomus integer ad nos pervenit, ab juncta omissaque post fol. 100 maxima parte codicis. — An opus absolvit Joannes incertum; absolvisse tamen colligas ex testimonio Euagrii H. E. V extr. p. 142, D; unde patet, tunc quum haec scriberet Euagrius (c. an. 593), Agathiam et Joannem non edidisse quidem scripta, absolvisse tamen. Sed quantumvis licet ediderit Joannes, ad miram paucitatem redigi exemplaria Historiæ ejus necesse fuit, quum effervescentes in Asiam atque erumpentes Arabes Syriam omnem Aegyptumque armis tenuerunt, literis

græcis per has partes obsolescentibus; liberque Joannis adeo jam evanuerat sæculo XII ineunte, ut Anna Comnena, quum præfationem Alexiadis pangens ab Joanne nostro complures locutiones compilaret (Vide quæ dixi Prolegg. ad Joan. Lydum De magg. R. p. XVIII et Notit. mss. Bibl. Reg. VIII, p. 261), propter raritatem exemplariorum Joanneorum latitudinum furtum ipsius sperasse videatur. Historiæ autem sic desperditæ desiderium quo tolerabilius feramus, ita reputemus superesse apud Theophylactum Simocattam lib. IV et V de Chosrois fuga atque per Narsem in regnum reductione narrationem admodum diligentem, quales oculatorum testum esse soleant. Ac nisi omnia me fallunt, quæcumque habet de expeditione illa Theophylactus, habet ex scriptore nostro, ut adeo velut excerptor aliquis præcipuorum capitum historiæ Joanneæ sit putandus. Sed turgidis et quasi anhelatis gravius fudit quæ vix triginta annis ante (tam subita fuit literarum in imp. Orientali sæculo VII ineunte ruina) congruenter expuserat Joannes. Is enim in his certe quæ nunc produnt, studiosum se ostendit dictiōnis Thucydideæ, nec fere utitur verbis senescientis græcitatī, si tamen excipis χρόνους pro ἔτη. De ipso quem alii cum Joanne Malala, alii cum alio Joanne confundērunt, v. H. Valesius ad Euagr. p. 122, B. Fabricius eum Joannem Antiochenum vocat B. Gr. VI, p. 686 Harl. Joannes historicus, de quo codex Lipsiensis Genesii (Fabric. B. Gr. VI, p. 622; VII, 532), siquidem Diocæsareae presbyter fuit, alius videtur ac noster. Cujus de vita nihil notum esse existimo præter ea quæ ipse exponit in operis exordio p. 172, B. »

---

## ΙΩΑΝΝΟΥ

## ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟ ΕΠΑΡΧΩΝ

## ΕΠΙΦΑΝΕΩΣ

Ηερὶ τῆς τοῦ νέου Χοσρόου προσχωρήσεως  
πρὸς Μαυρίκιον τὸν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα

## ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟΜΟΣ Α.

1. Τὰ μὲν δσα Ῥωμαῖοι τε καὶ Μῆδοι πολεμοῦντες ἀλλήλοις ἐπαθόν τε καὶ ἔδρασαν κατὰ τὴν Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος βασιλείαν, (\*) γέγραπται Ἀγαθίᾳ τῷ Μυριναῖῳ ἀνδρὶ τοῖς ἐν Βυζαντίῳ ὥτοροι καταλεγέντι διαφανῶς, καὶ μετά γε Προκόπιον τὸν Καισαρέα τὰ πρὸς τοὺς βαρβάρους πραχθέντα ἀναγράψαντι. Μεγίστου δὲ ὅντος ὁν ἀκοῇ ἴσμεν, αὐτὸν βασιλέα Περσῶν φυγάδα τῆς οἰκείας γενόμενον, τῆς τε ἀρχῆς ἐκπεπτωκότα, τῇ Ῥωμαίων προσχωρήσαι πολιτείᾳ, Μαυρικίου βασιλέως δεόμενον συμμαχίαν οἱ ἐπιδοῦνται καὶ ἐς τὴν βασιλείαν καταγαγέν, τοῦτο ἔργομαι λέξων, οὐ λόγου περιουσίᾳ τεθαρρηκών οὐδέ γε πρότερον... (\*\*), ἀλλ' ὡς ἀν μὴ πρᾶγμα τηλικούτον τοῖς ἐπειτα γενησομένοις ἀδιασόντον καταλειφθεί· ἐπει καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἔργων, εἰ μή πως ἄρα διὰ τῶν λόγων φυλαχθεί καὶ τῇ μνήμῃ παραδοθεί, τῷ τῆς σωπῆς ἀποσθέννυται σκότει. Παρέχουσι γάρ οἱ λόγοι τὸ ζῆν καὶ

(\*) In margine manu sec. τοῦτο adscriptum.

(\*\*) Vox erasa. ἐπιτηδεύσας vel tale quid suppl. monet Hasius.

διαφθειρομένοις τοῖς πράγμασιν. Ἐπειτα δὲ καὶ τισ τῶν γεγενημένων παρατυχών, αὐτῷ τε Χοσρόη τῷ νέῳ ἐς λόγους Ἐλθὼν καὶ τῶν ἄλλων Μῆδων τοῖς μάλιστα ἀξιολογωτάτοις (καὶ γάρ με συμβέβηκε πρότερον μὲν Γρηγορίῳ τῷ τῆς Ἀντιοχέων πόλεως ἀρχιερεῖ σύμβουλον ὄντα, ἔμα αὐτῷ τὴν πρὸς ἐκείνους δμιλίαν πολλάκις ποιήσασθαι· χρόνῳ δὲ ὕστερον μετὰ τὴν τοῦ πολέμου τελευτὴν καὶ ἐς τὴν Περσῶν ἀφιέσθαι γῆν, Γεωργίῳ συνεσβάλοντα τὴν τῶν γενομένων δμορφοσύνην ποιουμένῳ), οὐκ ἀποτον ἡγησάμην καθ' ὅσον δ' ἀν οἴς τε ὡς, τοῖς οὐκ εἰδόσι τὰ περὶ τούτων διηγήσασθαι. Ἀναγκαῖον δὲ ὃν τῆς τῶν ἐπομένων γνώσεως ἔνεκα, ἀκριβῶς εἰδέναι καὶ τὰ καρία τῶν προγεγενημένων, οὐχ ἡκιστα δὲ τὰ ἐς τὴν ἐπανάστασιν τὴν Ὁρμίσδα τῷ Χοσρόου πατρὶ γεγενημένην, τῶν ἐμπροσθέν μοι δοκεῖ διὰ βραχέων μνημονεύσαντα πρότερον, οὕτω καὶ ἐπὶ τὸν ἄλλον ἀφιέσθαι λόγον· ὃς τοὺς μὲν εἰδότας ὑπομνησθῆναι τῶν κεχινημένων, τοὺς δὲ μηδὲ διλούς ἀκηκούτας τὰς ἀφοριμὰς ἔχειν εἰδέναι σαφῶς ἀρ' ὃν τὰ μετὰ τὰῦτα πραχθέντα γεγόνασιν.

2. Ἐπει γάρ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἔννεα καὶ τριάκοντα τοῖς πᾶσιν ἔτεσι Ῥωμαίων ἀρξας ἐτελέντα τὸν βίον, τοῦ χρόνου τὸ πέρας ἐν εἰρήνῃ βιώσας πρός τε τοὺς ἄλλους καὶ Μῆδους αὐτοὺς, τὴν τε Ῥωμαίων διεδέξατο βασιλείαν Ἰουστίνος δέ νέος, ἀδελφιδοῦς αὐτῷ γενοώς, λυθεισῶν τῶν πρὸς ἀλλήλους Ῥωμαίοις τε καὶ Μῆδοις ἐμπροσθεν γεγενημένων σπονδῶν, ἀς Ἰουστινιανὸς πρὸς Χοσρόην τὸν Καβάδου, Περσῶν βασιλέα, ἐπὶ χρόνους πεντήκοντα πέντε πεποίητο, μέγαν πόλεμον κεκινήσας πρὸς ἀλλήλους, ἀρχέντα μὲν ἦδη κατὰ τὸ ἔδομον ἔτος τῆς Ἰουστίνου βασιλείας, ἐς εἰκοσὶ δὲ

## JOANNIS SCHOLASTICI ET EXPRÆFECTI EPIPHANIENSIS

De Chosrois junioris ad Mauricium imperat. Romanorum accessione,

### HISTORIARUM SECTIO I.

1. Quæ Romani et Persæ, commoto inter se bello, et accepérunt damna et intulerint, Justiniani Romanorum imperatoris principatu, ab Agathia Myrinensi sunt exposita, viro inter oratores Byzantinos præcipue numerato, qui post Procopium Cæsiensem de rebus adversus barbaros gestis scriptis. Quum vero inter ea quæ audivimus maximum sit, ipsum regum Persarum patria profugum regnoque pulsum Romanorum se imperio commisisse, atque a Mauricio imperatore auxilium et reductionem in regnum petiisse, hoc ego narrare aggredior: nec dicendi facultate fretus, nec meditatus ante, sed ne tanta res apud posteros incognita relinqueretur. Etenim facta quantumvis luculenta, nisi aliquo modo scriptis servata memorie tradantur, silentii nocte extinguntur. Contra, intereuntibus quoque rebus vitam tribuunt monumenta. Deinde, quum ipse nonnullis et rebus

gestis interfuissem, in colloquiumque venissem et ipsius Chosrois junioris et honestissimi cuiusque ex ceteris Persis (nam contigit mihi ut primo consiliarius Gregorio Antiochiae archiepiscopo additus, una cum eo frequenter illis communicarem, posteaque aliquanto, restincto bello, vel in ipsam Persiam venirem, cum Georgio (Gregorio?) concordiam restituente profectus): eas res non incommode visum est, ut facultas mea fert, nescientibus commemorare. Sed quoniam ad sequentium intelligentiam necessarium est, antecedentium quoque rerum momenta recte nosse, tum maxime earum quæ in seditione Hormisdæ, patris Chosrois, gesta sunt: idcirco de anteactis nonnihil libitum est brevitter dicere, sique deinceps ad reliquam narrationem venire: ut qui jam ante tea nossent, recordentur hos motus; qui omnino non audierint, discere possint liquido, quibus de causis acciderint posterius acta.

2. Justinianus imperialor quum annos omnino triginta novem Romanos moderatus discessisset e vita, cuius extremam partem in pace tum cum ceteris, tum etiam cum Persis exegerat, Romanumque imperium Justinus junior, sororis ejus filius, suscepisset: solutis induciis ante inter Romanos et Persas factis, quas Justinianus cum Chosroë Cabadis filio in annos quinquaginta quinque inierat: ingens inter se commoverunt bellum, quod jam septimo anno imperii Justinī ortum et per lustra quattuor productum,

χρόνους ἐπεκτάνθέντα, καὶ τὸ πέρας δεξάμενον τῷ ἐννάτῳ τῆς βασιλείας ἐνιαυτῷ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος Μαυρικίου. Τὰς μὲν οὖν αἰτίας τῆς τῶν γενῶν φιλονεικίας ἀλλήλοις ἐπῆγον· Ῥωμαῖοι μὲν χαλεπῶς φέροντες, διτὶ τοὺς Ὀμηρίτας (Ἴνδικὸν δὲ τὸ γένος καὶ σφίσιν αὐτοῖς σύμμαχόν τε καὶ ὑπήκοον) ἀποστῆσαι Μῆδοι διενοήθησαν, μηδαμῶς δὲ ἐλομένους ἔκεινων, ἔφοδον κατ' αὐτῶν ἐποιήσαντο τοῦ χρόνου τῶν σπουδῶν ἐνισταμένου· πρὸς τούτοις δὲ, διτὶ καὶ Τούρκων πρὸς Ῥωμαίους... [supps. Has. pres.] βευταμένων, Ἰουστίνου δὲ βασιλέως τὴν πρεσβείαν προστιμένου, καὶ Ζήμαρχον, ἄνδρα τῆς συγκλήτου βουλῆς, σὺν ἔκεινοις ἐκπέμψαντος. Πέρσαι τοὺς Ἀλανούς χρήματι διαφθεῖραι βουληθέντες, διτὶ ἄλλοι ἔκεινοι τὴν πορείαν ἔμελλον ποιήσασθαι, τὸν τε Ζήμαρχον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ Ῥωμαίους τε καὶ Τούρκους ἐκποδών γενέσθαι διεσπούδαζον. Τὸν δρμοῖον δὲ τρόπον ἀντεπῆγον καὶ Μῆδοι, τοῦ πολέμου τὰς ἀφορίδας ἐπικαλοῦντες Ῥωμαίους, διτὶ τοὺς Ἀρμενίους, ὑπόφορους σφίσιν δύτας, ἐς ἐπανάστασιν τε ἑωρακότας, καὶ τὸν ἀρχοντα σφῶν Σουρήνην τοῦνομα διεχρησαμένους, τῇ τε Ῥωμαίων ἀρχῇ προσχωρήσαντας, ἐν σπονδαῖς ὑπεδέξαντο τε καὶ τῆς οἰκείας αὐτοῖς μεταδέδώκασι συμμαχίας. Οὐχ ἥκιστα δὲ τὸ φιλόνεικον αὐτοῖς ἐπὶ πλέον νῦνθη (εἴ τις ἄρα τὴν ἀφανεστάτην αἰτίαν, ἀληθῆ δὲ δόμως, μαθεῖν ἔθελήσῃ), διτὶ δὴ δι βασιλεὺς Ἰουστίνος οὐδαμῆ ήξίου, χρυσίου λίτρας πεγνακοῖς, ἐφ' αἵς ἐμπροσθεν γερόνασιν αἱ σπονδαὶ, παρέχειν Μῆδοις εἰς ἔκαστον ἔτος, καὶ τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν Πέρσαις ὑπόφορον ἐσ δει καταστήσασθαι.

3. Τοῦ χρόνου τοίνυν ἐς πέρας ὀλούθεντος, ὑπὲρ οὖτα χρήματα κατὰ τὰ πάλαι συγκείμενα Χοσρόης δι Περ-

σῶν ἐκεκόμιστο βασιλεύς (καὶ γάρ ἐδόκει κατὰ ταῦτὸν τὸ τῆς δεκαετίας ποσὸν ἐπιδίδοσθαι), μηδενὸς τε τὸ λοιπὸν ἐς σύμβασιν διμιληθέντος, Ἰουστίνος δὲ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐς τὴν ἐώαν κατὰ τάχος ἐκπέμπει Μαρκιανὸν στρατηγὸν, ἐν τοῖς πατρικίοις τῆς συγκλήτου βουλῆς τεταγμένον, αὐτῷ τε τε πρὸς γένος συνυγμμένον, τῶν τε πολεμικῶν κινδύνων οὐν ἅπειρον, καὶ ἀλλις ἀνδρεῖον δύτα τε καὶ δοκοῦντα. Διαβάς δὲ τὸν Εὐφράτην δι Μαρκιανὸς, καὶ κατὰ τὴν Ὄσροην γεγονὼς, ἥδη τοῦ Θερούς παρ[ακμάσαντος Has. suppl.], καὶ τῶν βαρβάρων τέως οὐδὲν προειδομένων πολέμιον, τρισχιλίους δπλίτας κατὰ τὴν Ἀρδανηνὴν οὔτω καλούμενην ἐκπέμπει μοῖραν, ἡγεμόνας ἐπιστήσας αὐτοῖς Θεόδωρὸν τε καὶ Σέργιον, ἐκ τοῦ Ῥάθδιος τὸ γένος θλοντας, Ἰουστίνον τε, τῶν ἐν Χαλκίδι ταγμάτων ἡγούμενον. Εὐβαλόντες οὖν ἔξαπίνης τὴν Περαῶν δηγοῦσι γῆν καὶ λείαν ἵκανην κομισάμενοι οὓς τάχιστα ἐπανίσται. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ χειμῶνος ὥραν Μαρκιανοῦ τὰς δυνάμεις αὗθις συναγείραντος, ἐκ τε τοῦ Δάρας δρυμθέντος, καὶ τῶν βαρβάρων τῆς Νισίνεως πόλεως ἐμπροσθεν ὑπαντιασάντων, στρατηγοῦντος αὐτοῖς Βαραμάνου, δι τῶν ἔκειστος ταγμάτων ἀρχεῖν ἐτέτακτο, μάχην ἴσχυρὸν γενέσθαι συμβέβηκε, Σαργαθῶν, οὕτω προσαγορεούμενον Περσικοῦ χωρίου, πλησίον, ἐν ἥπερ ἀνὰ κράτος Ῥωμαίοις τοὺς βαρβάρους τρεψάμενοι, πολλοὺς δὲ καταβαλόντες, ἀπόπειραν μὲν τοῦ Θεοβόλων (Θεοβόλων ap. Theophyl.) ἐποιήσαντα φρουρίου, δέκα τὰς πάσας ἡμέρας αὐτούσες διατρίψαντες. Τοῦτο δὲ μηδαμῶς ἐλεῖν δυνηθέντες, αὗθις κατὰ τὸ Δάρας ἐπανίσται πόλισμα, ἔτι τοῦ ἥρος ἀκμάζοντος, καὶ εἰς τὴν πολεμίαν αὗθις ἐμβάλλουσι γῆν, γνώμη τε βασιλέως Ἰουστίνου Νισίνιν πολιορκεῖν διεγνώκασιν.

finem cepit anno nono postquam Mauricius Cæsar rerum erat Romanarum potitus. Causas simultatis alter populus alteri imputabat: Romani, quia graviter ferebant, quod Homeritas (natio est Indica, in imperii fædere et clientela) a se disjungere conati Persæ, repulsa accepta, expeditionem adversus illos ipso induciarum tempore suscepserunt: ad hæc, quod, quum Turcae ad Romanos legationem destinassent, Justinus Cæsar autem et admisisset oratores illos, et Zemarchum, virum senatorium, jussisset una cum illis proficisci, Persæ pecunia corrumpere Alanos conati, per quorum fines legati iter facturi erant, quum Zemarchum, tum Romanos et Turcas eum comitantes, tollere de medio voluerant. Eadem ratione contra criminabantur Persæ, in Romanos collata culpa belli, quod Armenios, stipendiarios suos, ad defectionem spectantes, qui, præfecto eorum Surenæ truncato, se in Romanorum clientelam contulerant, fædere percusso in societatem recepissent. Neque minime ex eo aucta contentio (si quis occultiorem quidem, sed nihilominus veram causam nosse velit), quod Justinus imperator quingenas auri libras superioribus inducis pacts, non amplius Medis pendere quotannis neque imperium Romanum Persis vestigiale perpetuo reddere volebat.

3. Ita tempore jam confecto, pro quo ex pacto superiore pecuniam Chosroes rex Persarum acceperat (nam conve-

nerat ut decem annorum stipendium una repræsentaretur), nulla re ad dirimendam controversiam tentata, Justinus Romanorum imperator in Orientem confestim mittit Marciānum ducem, patricium ordinis senatorii, genere sibi conjunctum, non imperitum periculorum belli, et qui omnino in strenuis et erat et numerabatur. Is Marciānus, transmissō Euphrate, quum in Osroenē venisset, præcipili jam æstate, neque barbaris hactenus hostile quicquam suscipiantibus, gravis armaturæ milites tres mille in tractum qui Arzanene vocatur mittit, hisque præfectos præponit Theodorum et Sergium ex Rhabdi oriundos, atque Juventinum, copiarum quea Chalcide erant ducem. Hi de improviso irruentes Persarum agros populantur, et idonea præda facta confestim redeunt. Hieme exacta Marciānus, coactis iterum copiis, Dara proiectus in barbaros incidit, ex oppido Nisibi obviam tendentes, duce Baramana, militariibus numeris per partes illas praesesse jussō. Ibi pugna acris facta est prope vicum Persicum Sargathon vocatum: ex qua Romani, fusis fugatisque barbaris, dejectis non paucis, castellum Thebeton oppugnatione tentaverunt, totis decem diebus ibi consumpli. Id quum capere nullo modo quirent, medio etiamtū vere ad Daram oppidum se receperunt, et denuo illati in fines hostium, ex mandato Justini imperatoris oppugnare Nisibin statuerunt.

4. Στρατοπεδευμένων δὲ αὐτῶν τῆς πόλεως πλησίον, βασιλεὺς Χοσρόης ἄρας ἐκ Βαβυλῶνος ἔμα τῷ τῶν Μήδων στρατῷ, καὶ Τίγριν ποταμὸν διαβὰς, τὴν τε πορείαν διὰ τῆς ἑρήμου γῆς ποιούμενος, ὡς μηδαμῇ Ῥωμαίοις ἔκπυστος ἢ τοῦ βασιλέως γένοιτο κίνησις, ἐπειδὴ πλησίον Ἀμβαρῶν Περσικῶν γέγονεν φρουρίου (ἀφειστήκει δὲ τοῦτο πόλεως Κιρκησίου ὅδὸν ἡμερῶν πέτε), τὸν μὲν Ἀδαρμάνην, οὔτοι καλούμενον στρατηγὸν, αὐτός που τὸν Εὐφράτην περαιωθέντα, κατὰ τάχος ἐκπέμπει, [τὴν Ῥωμαίων suppl. Has.] δηώσοντα γῆν, χιλιάδας ἔξι αὐτῷ παρασχύμενος Μήδων τε καὶ τῶν νομάδων βαρβάρων· αὐτὸς δὲ τὸν Ἀδόρραν [παραμείθων ποταμὸν, ἀπροσδοκήτως ἐπιστῆναι μέσον suppl.] τοῖς τὴν Νίσιβιν πολιορκοῦσι Ῥωμαίοις ἡπειρεγοτο. Οἱ μὲν οὖθις Ἀδαρμάνης Κιρκησίου πόλεως πλησίον τὸν Εὐφράτην διαβάς τὰ Ῥωμαίων προενόμευε πράγματα, κωλύοντος οὐδενός. Υπὸ γάρ τῆς προλαβούστης εἰρήνης καὶ ἡσυχίας, ἡς ἴκανῶς ἐπὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας ἀπολελαύσκοιν, ἔξελέλυτο μὲν αὐτοῖς ἡ τῶν πολεμικῶν παρασκευὴ, τὸ δὲ ἀνδρεῖον τελέως διέφθαρτο. Μηδενὸς οὖν ἐς χεῖρας ἵεναι τοῖς βαρβάροις θαρρήσαντος, Ἀδαρμάνης ἄγγιστα πόλεως Ἀντιοχείας γεγονός, τούς τε παρακειμένους τῇ πόλει τόπους τε καὶ ἀγροὺς διαφείρας, ἐπὶ τὴν Κοληνήν ἐλαύνει Συρίαν. Ἀπαμείλας δὲ πόλεως μεγάλης οὐ πόρρωθεν στρατοπεδεύσαμένος, τῶν τε πολιτῶν πρεσβευταμένων καὶ [τὰ τῆς πόλεως λύτρα προτεινομένων, ἀπάγτη τοὺς ἀνδρας μέσον suppl.] περιελθὼν καὶ τὴν πόλιν ἀπειδὴ διαφυλάττειν ἐπαγγειλάμενος, ἐπειδὴ ταύτης ἐντὸς ἔγεγόνει, διαρπάζουσι μὲν οἱ Μῆδοι τὰ πράγματα, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἀνδραποδίσαντες, τὴν τε πόλιν ἀπα-

σαν πιρὶ παραδόντες, ὡς τάχιστα ἐς τὴν οἰκείαν ἐπανίσται γῆν. Τούτων δὲ οὕτω πραχθέντων, βασιλεὺς Ἰουστῖνος Ἀκάλιον ἐκπέμψας (Ἀρχελάου δὲ τούτον Ρωμαῖοι προσονομάζειν εἰώθεσαν) Μαρκιανὸν ἐτι Νίσιβιν πολιορκοῦντα παρέλυσε τῆς ἀρχῆς, ὑποτοπήτας αὐτὸν θύελοκακεῖν, ἐς τὴν τῆς πόλεως κατοχὴν οὐδενὸς γεγονότος.

5. Τῶν δὲ Ῥωμαίων ὑπαναχωρησάντων, ἐς τε φρούριον ἐν ὅρῃ κείμενον ἀφικομένων, Μάρδης ὑπὸ τῶν ἐνοικούντων ὁνομαζόμενον, βασιλεὺς Χοσρόης ἔξαπίνητο.... πολιορκίαν καθίστασιν ἐκυρών... καὶ τὸ τῆς πόλεως ὅδωρ με.... φους τε μεγάλους παροικοδομήσας τῷ τείχει καὶ τοῖς ἐμβόλοις χρησάμενος μηχανήμασιν, ἐπειδὴ μηδὲν ἔχωθεν ἐς ἐπικουρίαν γέγονε τῶν ἐνοικούντων, αἱρεῖ τὴν πόλιν, βίᾳ τῶν Μήδων ἐπιβάντων τοῦ τείχους. Πᾶσαν τε αὐτὴν ληστάμενος, καὶ τούς τε ἀλλούς ἀνδραποδίσας, ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννην τὸν Τιμοστράτου παῖδα, δυνάμει τε καὶ ἀξώσει προύχοντα, καὶ τὴν τῆς πόλεως ἀρχὴν καὶ διοίκησιν ἀναδέδεγμένον, φρουράν τε τὴν ἀποχώρωσιν καταλιπών, ἀπεχώρησεν ἐπ' οἴκου, Ῥωμαίον ἐτι ἐς τὸ Μάρδης φρούριον διαιτημένων, Μάγνου τε, διὰ τῶν βασιλικῶν ἐπετρόπευτε χρημάτων, καὶ τοῖς παντὸς τὴν ἡγεμονίαν ἐπεπίστευτο. Ἡμέραις δὲ ὑπερόπλου πολλαῖς βασιλεὺς Ἰουστῖνος, ἔξαπίνης νόσου τῷ σώματι προσγενομένης, περὶ τοῦ παντὸς δεδιώκ, ἀνακυκήν τοῦ παρόντος ἔτους πρὸς Πέρσας ἐποίησατο. Τῆς νόσου δὲ αὐτῷ παρενοχλούσης, Τιβέριον, διὰ τῶν βασιλέως ἥρχε σωματοφυλάκων (κόμπτα δὲ τοῦτον ἔκουσιτόρων Ῥωμαῖοι καλοῦσιν), οὐδὲν ἀνειπών τῆς βασιλείας κοινωνὸν αἱρεῖται, Καίσαρα τούτον ἀναγορεύσας, τάξει τῆς ἀρχῆς φροντίδας αὐτῷ

gestis, Justinus imperator misso Acacio (cui cognomen Archelai Romani indiderat) Marciano etiamnunc Nisibin obsidens imperium abrogat, suspicatus eum sponte male pugnare, nulla re facta ad capiendum oppidum.

6. Ita quum Romani inde digressi ad castellum in monte positum venissent, quod Mardes ab incolis vocatur, Chosroes rex subito [sese ad Darae oppugnationem applicat; aquam ab urbe secludit; aggeribus] magnis pro muro excitatis, admotisque operibus, quum extrinsecus nihil fieret ad incolas liberandos, Daram expugnat, Persis vi in murum emitentibus. Toto oppido vastato, omni multitudine serviuti addicta, inque ea Joanne Timostrati f. opibus atque auctoritate præter ceteros excellente, qui gubernationem oppidi atque administrationem susceperebat, cum praesidio, quod sat esse visum est, relicto, domum discessit, Romanis etiamnunc circa castellum Marde commorantibus, cum Magno, pecuniae imperialis procuratore, cui erat summa rerum omnium concreta. Non multis diebus post Justinus imperator, morbo subito afflictus, fortuna imperii veritus, inducias in hunc annum cum Persis fecit. Mox quum morbo uregeret, Tiberium, scholis palatinis praefectum (Comitem excubitorum Romani vocant), adoptatum in societatem imperii adscivit Caesaris titulo, curationemque reipublicae illi tradit. Id consilium optimum et longe saluberrimum ex omnibus, quæcumque Justinus toto imperii ejus tem-

παραδίδωσιν. Ὅπερ ἀπάντων τῶν ὑπὸ Ἰουστίνου πραγμάτων παρὰ τὸν τῆς βασιλείας χρόνον ἀριστόν τε καὶ ἐς τὰ μάλιστα σωτήριον βουλευθὲν, πλείστων αἴτιον ἀγαθῶν τοῖς Ρωμαίων γέγονε πράγμασι. Βουλευομένῳ δὲ Τιβερίῳ τὰ παρόντα ἔρρωμένως ἐδόκει τῶν πραγμάτων ἀντιλαβέσθαι, μὴ καὶ τι ἔτερον ἀνήκεστον γένηται..... σύζεν, καὶ τὰς δρμὰς ..ρξ.. δὲ ταύτῃ δοκούντοιν, πρότερον ..εἰκὲς Θεόδωρον τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ πραγμάτων ἡγησάμενον, πολλὰς τε καὶ ἔτερας οὐκ ἀφανεῖς ἀρχὰς διοικησάμενον, λόγου τε ἵκανῶς μετέχοντα καὶ τὸ δέον συνιδεῖν εὖ μᾶλα δεδυνμένον, ὡς τοὺς βαρβάρους ἔκπεμπει, κατὰ τοῦτο δὴ τὸ νενομισμένον τά τε ἀμφ' αὐτὸν πραχθέντα δηλῶν, καὶ τὸν Χοσρόην ἐς διαλλαγὴς προτρέπων λέναι. Μικρῷ δὲ ὑπερόν καὶ ἐς τὴν ἕώχαν δασάυτως ἔκπεμπει κατὰ τάχος Ἰουστίνιανὸν τοῦ Γερμανοῦ παῖδα, τοῖς πατρικίοις τῆς συγκλήτου βουλῆς ἔγκαταλεγμένον, ἔπιτρέψας

αὐτῷ τὴν δληγον τοῦ πολέμου διοίκησιν, ἀνδρα τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσιν ἐντραφέντα, ἡλικίας δὲ ἐς τοῦτο ἥκοντα, ὡς μήτε διὰ νεότητος προπετείᾳ, μήτε διὰ γήρως ἀσθενείᾳ τι σφαλῆναι. Ἰουστίνιανὸς μὲν οὖν κατὰ τὴν ἕώχαν τάχιστα ἀφικόμενος, τῆς τῶν στρατιωτῶν εὔκοσμίας τε καὶ τάξεως ἐπεμελεῖτο. Τιβερίος δὲ διὰ Καίσαρ στρατιῶν οὐκ δλίγον κατὰ σπουδὴν ἔκπεμπτει, καὶ διὰ παντὸς ἐς τὴν τοῦ πολέμου παρασκευὴν ἐπονέτο, χρημάτων μὲν ἀπειρον ἀριθμὸν διανέμων, στρατιωτῶν δὲ τὸ κράτιστόν τε καὶ μαχημάτατον ἐν τοῖς ἔθνεσι συναγείρων, καὶ πάντα λίαν ἐπιμελῆς ἐς τὸν ἔπειροντα πόλεμον διανοούμενος. Οὕτω δὲ τούτων προϊόντων, καὶ τοῦ καιροῦ τῆς ἐς δλίγον γεγενημένης ἀνακωχῆς περαιωθέντος, Πέρσαι μὲν κατὰ τὸ Δάρας ἔστους συναγείραντες Κωνσταντίνης πόλεως ἀφικοῦνται πλησίον, τοῦ Δάρας ἀφεστώσης ἐς δυόμενον ἥλιον σταδίοις ἐνενήκοντα καὶ τετρακοσίοις.

pore egit, rebus Romanis multarum utilitatum causa fuit. Deliberans autem de praesenti Tiberius Caesar statuit, forfiter rempublicam capessere, ne quid ultra flagitium accideret.... servare, atque impetus barbarorum comprimere..... sic visis, prius... Theodorum legionum per Armeniam ducem, multisque aliis imperiis, neque ignobilibus illis, functum, quique doctrina liberaliter imbutus quid esset ex usu intelligere optime poterat, legat ad barbaros, ut juxta consuetudinem principum quae ibi evenissent significaret, adque simulatem componendam Chosroem hortaretur. Paullo post item in Orientem contestim mittit Justinianum Germani filium, Patricium in ordinem senatorium cooptatum. Huic administrationem totius belli permittit. Erat Justinia-

nus bellicis laboribus innutritus, eoque tempore aetatis, quo jam nec temeritate juvenili neque infirmitate senectutis quid peccatur. Ita itinere celeriter confecto in Orientem quam venisset, militum ad ordinem disciplinamque referendarum curam suscepit. Simil Tiberius Caesar copias non paucas sedulo submisit, ab bellumque universum instruendum totum se dedit, pecuniarum vi infinita distributa, milibus firmissimis atque fortissimis ex barbarie conductis, omnibus diligenter admnodum in urgens bellum constitutis. Dum haec geruntur, brevium incoliarum tempore exacto, Perse congregatis circa Daram copiis prope Constantinam adveniunt; quod oppidum a Dara quadringentorum nonaginta stadiorum intervallo occidentem versus abest.....

## **LIBER DECIMUS.**

**SCRIPTORES ÆTATIS INCERTÆ  
EX ORDINE LITERARUM.**

# SCRIPTORES ÆTATIS INCERTÆ.

## ABAS.

Suidas: Ἀθας, σοφιστής, Ἰστορικὰ ὑπομνήματα καὶ Τέχνην ῥητορικὴν καταλιπών. Eudocia p. 51 : Ἀθας, σοφιστής, Ἰστορικὰ ὑπομνήματα καὶ μέθοδον ῥητορικὴν καὶ πάνυ γλαφυράν κατέλιπε. De rhetore cf. Walz. Rhett. Gr. tom. VII, p. 203.

I.

### ΙΣΤΟΡΙΚΑ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ.

Ptolemæus Hephaest. ap. Phot. cod. 190, p. 150 (p. 192 in Westerm. Mythogr.) : Ἡ Κανδαύλου γυνὴ, ἣς Ἡρόδοτος οὐ λέγει τούνομα, Νυσία (Νυσία codd.) ἔκαλεῖτο· ἦν καὶ δίκορον καὶ δύσωπεστάτην φασὶ γενέσθαι, τὸν δρακοντίτην κτησαμένην λίθον· διὸ καὶ αἰσθέσθαι τὸν Γύγην ἔξιόντα διὰ τῶν θυῶν· ἀλλοι Τουδοῦν αὐτὴν καλεῖσθαι· οἱ δὲ Κλυτίαν, Ἀθας δὲ Ἀθρῷ ταῦτην καλεῖσθαι. Σιγῆσαι δὲ τούνομά φασι τῆς γυναικὸς τὸν Ἡρόδοτον, ἐπεὶ δὲ ἐρώμενος Ἡρόδοτον Πλησίρροος Νυσίας (Νυσίας codd.) ὄνοματι ἔρασθεις, Ἀλικαρνασσίας τὸ γένος, ἐπεὶ μὴ τύχοι τῆς ἑταίρας, οὐκ ἀνεχόμενος βρύχῳ ἔστιν ἀνήρτησε· διὸ φυλάξασθαι ὡς ἀπεχθὲς εἰπεῖν τὸ τῆς Νυσίας ὄνομα Ἡρόδοτον.

De Habrone aliunde non constat. De Tudū v. not. 55 ad Nicolai fragm. 49, tom. III, p. 384. De Nysia eundem Ptolemæum simulque auctorem ejus, Aeneam Samiacōn scriptorem laudat schol. ad Tzetz. Chil. I, 144 in Cramerī Anecd. Oxon. tom. III, p. 351 :

Ἡ τοῦ Μυρτίου τούτου δὲ γυνὴ τοῦ καὶ Κανδαύλου, παρὰ Λίνείᾳ φέρεται Σαμιακοῖς ἐν λόγοις Νυσία κλῆσιν ἔχουσα, πρὸς Τερτύλλαν ὡς γράφει τις Ηπολεμαῖος ἀμά τε καὶ Ἡραιστίων κλῆσιν.

Ceterum Aeneam de rebus Samiorum scriptorem alias nemo commemorat. Si corruptum nomen est, fortasse latet Eugeonis vel Alexidis mentio. Meinekius in Hist. crit. com. p. 385 reponendum suspicatur Δινία. Quanquam de Σαμιακοῖς Diniæ aliunde non constat. Utut est, ex eodem auctore

### COMMENTARII HISTORII.

Candaulæ uxor, cuius nomen non prodit Herodotus, Nysia appellabatur. Eam et duplice pupilla et acutissimi visus fuisse aiunt, quod draconiten lapidem haberebat : adeo ut per ipsas etiam fores Gygen exeuitem viderit. Alii Tudū

fluxerint, quæ de Plesirrhoo ; Herodoti amasio, idem Ptolemæus tradit. p. 187 ed. Westerm. : Ως Πλησίρροος δὲ Θεσσαλὸς δὲ νυμογράφος, ἐρώμενος γεγονὼς Ἡρόδοτου καὶ κληρονόμος τῶν αὐτοῦ, οὗτος ποιήσει τὸ προσόμιον τῆς πρώτης ιστορίας τοῦ Ἀλικαρνασσέως· τὴν γὰρ κατὰ φύσιν εἶναι τῶν Ἡρόδοτου ιστοριῶν ἀρχήν· « Περσέων οἱ λόγοι Φοίνικας αἰτίους γενέσθαι φασὶ τῆς διαφορῆς. » His præmissa habes quædam de Eupompo Samio, ejusque filio Draconte δύσωπεστάτῳ. Quæ item Σαμιακῶν isti scriptori vindico. Verba hæc sunt : Ως Εὐπόμπου τοῦ Σαμίου, δὲ δράκοντα θηρίον τέρας ἔτρεφεν ἀπίστον καὶ εἰπεῖν καὶ ἀκοῦσαι, τούτου τοῦ Εὐπόμπου παῖδα Δράκοντα τούνομα δύσωπεστατον γενέσθαι φασὶν, ὃς διὰ σταδίων κ' θεωρεῖν ῥάδιως· διὸ καὶ Ξέρξη ἐπὶ χιλίοις συγγενόμενον ταλάντοις καὶ συγκαθεζόμενον ὑπὸ τῆς γυροσῆς πλατάνῳ διηγεῖσθαι βλέποντα τὴν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ναυμαχίαν καὶ τὴν Ἀρτεμισίας ἀνδρίαν.

2.

### ΤΡΩΙΚΑ.

Servius ad Virgil. Aen. IX, 264 : Devicta Arisbe] Scilicet ab Achille. Dicta est Arisba a Meropis vel Macarei filia, quam primum Paris in conjugio habuit. Quidam ab Abante, qui Troica scripsit, relatum ferunt post discessum a Troja Græcorum Astyanacti ibi datum regnum, hunc ab Antenore expulsum, sociatis sibi finitimis civitatibus, inter quas et Arisba fuit; Aenean hoc ægre tulisse, et pro Astyanacte arma cepisse, ac prospere re gesta Astyanacti restituisse regnum.

### ABRON VEL HABRON BATIENSIS.

Stephan. Byz. : Βατή, δῆμος τῆς Αιγαίδος φυλῆς, θεον ἦν Ἀθρων δὲ Καλλίου, ἐξηγητὴς, Περὶ ἐορτῶν καὶ θυσιῶν γεγραφώς.

Ἀθρων (rectius scribitur Ἀθρων) Βατῆθεν, pater Calliae et Callistūs, quam Lycurgus orator uxorem

dictam volunt, alii Clytiam; Abas autem Habronem nuncupatam tradit. Ideo vero nomen mulieris ab Herodoto silentio pressum narrant, quod amasius ejus Plesirrhous, quem Nysiam, Halicarnassensem genere, deperiret, ab eaque repulsam tulisset, amoris impatiens laqueo vitam frergerit. Hinc veluti otiosum Nysiae nomen proferre noltuisse.

duxit, memoratur apud Plutarchum in Vit. X Orat. p. 842, F. Hunc eundem esse cum Calliae filio, cuius Stephanus meminit, statuerunt C. O. Müller. De Minerva Pol. p. 43 et Nissenus (De Lycurgo p. 99). Mauritius Meierus (De vit. Lyc. Halis, 1847. p. 64) id in medio relinquit, generis vero propinquitatem extra dubium esse monet. « Idem cadit (Meieri verba sunt) in eum Ἀέρων Βατῆθεν qui in titulo quodam memoratur, quem Rossius (*Die Demen v. Att.* p. 40) publici juris fecit. Habron ille num ex Eumolpidis fuerit, ut infra (ap. Plutarchum l. l.) Μῆδειος dicitur διὰ τὴν ἔξηγητής ἐξ Εύμολπιδῶν γενόμενος, et C. I. 392 est : Ἀπολλώνιον... ἔξηγητὴν ἐξ Εύμολπιδῶν], an Eupatrida tantum sive Patricius atque eo jure ad rituum sacrorum interpretationem accesserit, ut C. I. n. 765 est : τοῦ ἐξ Εὐπατριδῶν ἔξηγητοῦ, an denique nullo hereditatis jure eo pervenerit, non magis ausim decernere quam num Lycurgus, ut erant ipsius genti sanctissima sacerdotia propria, ita eam ob caussam ista se devinxerit affinitate, quod etiam uxorū gēns cum sacris cohæreret. » — Alius Habron est inter filios Lycurgi; tertius Habron, novem generationibus junior, cuius pater non memoratur, apud eundem Plutarchum in stemmate familiae Lycurgeæ occurrit. Calliam quendam tanquam principem legationis sacrae ὑπὲρ τῶν Παναθηναίων in Ægyptum missæ ad Ptolemaeum Philometorem, commemorat Polybius XXVIII, 16, 4.

Distinguendus a nostro Habrone, Habron Phryx vel Rhodius, e servorum genere, Tryphonis discipulus (Suidas v. Ἀέρων). Ad hunc pertinet opus Περὶ παρωνύμων, cuius meminit Stephanus Byz. v. Ἀγάθη, Ἀθῆναι, Αἰλια, Ἀργος, Γέλα, Ἐφεσος, Ἰεράπεια; Constantin. Porphyr. De adm. imp. c. 23. Cf. schol. Hesiod. Theog. 389; Eudocia p. 62; Cramer Anecd. tom. IV, p. 418, 20 (et I, p. 316, 12, ubi idem, ut videtur, Ἀμέρων vocatur).

## ABYDENUS.

Abydenum tanquam scriptorem historiæ Assyriæ et Mediæ, Eusebius inter fontes recenset, quos ad componendum primum Chronicorum librum adhibuerit. Nomen apud Eusebiūm et Mosem Chorenensem scribitur Ἀβυδηνός; Syncelli libri præbent Ἀβυδηνός, nisi quod p. 206, A in cod. B. est Ἀβυδένος. Num aliunde hoc nomen proprium notum sit, nescio. Nihil tamen est, opinor, quod adeo offendat. Quanquam Niebuhrius

(*Kleine Schriften*, p. 187, not. ) : « Sollte hier vielleicht ein semitischer Name versteckt sein, der mit *Abd* oder *Ebed* ansing? *Ebed Hinnah* wäre wohl sehr denkbar; und als griechischer wäre der Name wohl unerhört zu nennen; denn *Lacedæmonius* aus Athen kann doch kaum hierbei angeführt werden. » At præter *Lacedæmonium* (ap. Thucyd. 1, 45, Plutarch. Cimon. 15, et alium ap. Demosthen. p. 1301, 6, et 1360, 9), habes Athenæum, Locrum, Thessalum, Rheginum grammaticum, et haud dubie alios. Fieri etiam possit ut voce Abydenus non nomen hominis sed patria indicetur, quemadmodum v. c. Heraclides medicus vulgo simpliciter *Tarentinus*, misse nominis mentione, vocatur. At noli credere, id quod nonnullis in mentem venit, Abydenum nostrum eundem esse cum Palæphato Abydeno, discipulo Aristotelis. — Primus qui Abydeni meminit, nunc est Eusebius. Unde citerioris ævi scriptorem esse ( secundi vel tertii post Chr. seculi, puto ) recte conjectisse videtur Niebuhrius l. l. (\*) .

Scripsisse Abydenum Historiam Assyriorum et Medorum ex Eusebii testimonio et ex fragm. 11 patet luculentissime. Ex eodem opere deprompta sunt que ad Chaldaeorum historiam pertinent, uti colligitur ex fr. 9, ubi de turri Babylonia deque Nabuchodonosoro laudatur ἡ Ἀβυδηνοῦ περὶ Ἀσσυρίων γραφή. Cf. Eusebius in P. Ev. p. 414, D (not. ad fr. 1), qui de antiquissimis Chaldaeorum regibus loquens τὰ Μηδικὰ καὶ τὰ Ἀσσυριακὰ Abydeni excitat. Igitur in fragm. 2, ubi Abydenum in *Chaldaeorum historia* laudat idem Eusebius, rem narratam, non titulum libri spectasse putandus est. Ceterum que de Chaldaeis ex Abydeno referuntur, maximam partem cum Berosi narratione adeo consentiunt, ut ex ea non possint non derivata esse. Plurima brevius minusque distincte quam in Berosi fragmentis dicta sunt; in nonnullis tamen expleri Berosiana nostra ex Abydeno possunt. — Assyriorum historiam, quantum judicare de his licet, eodem fere modo adornavit, quo Castor Rhodius, auctor Excerptorum Barbarorum, alii, quorum narrationis fundamentum jecerat Ctesias. — Jam vero quum haud levis sit dissensus Ctesiae et Berosi, vel hinc colligas Chaldaica Abydeni non inserta Assyriacis per historiæ decursum, sed uno eodemque omnia loco esse prolatæ, eo, opinor, consilio, ut quam diversa sit Ctesianæ et Chaldaicæ narrationis indeoles ostenderet. — Sententia hæc eo confirmatur quo-

(\*) Contra Bauer in *Ersch. u. Gruber. Encycl. v. Abydenus* Berosi æqualem ejusque discipulum fuisse dicit, quasi res nota et explorata esset.

dammodo, quod e fragm. 11 discimus Abydenum seriem regum, qui in Babylonia imperium exercuerunt, usque ad Alexandrum Magnum recensuisse, antequam ad Assyriorum historiam, quem Græci scriptores Ctesiae asseclæ exponere solent, se converteret.

Præterea etiam Κτίσεων opus scripsisse Abydenus videtur. Nam Abydenum *in primo suo Originum libro*, quem postea *huc quidam attulerunt*, de genealogia Armeniaca laudat Moses Chorenensis (fr. 12). In Assyria Historia dialectum ionicam auctor affectavit (v. fr. 1. 9).

## ΑΣΣΥΡΙΑΚΑ ΚΑΙ ΜΗΔΙΚΑ.

### 1.

Syncellus p. 38, B : Ἐκ τῶν Ἀβυδηνοῦ Περὶ τῆς τῶν Χαλδαίων βασιλείας. Χαλδαῖων μὲν τῆς σοφίας πέρι τοσαῦτα. Βασιλεῦσαι δὲ τῆς χώρας πρῶτον λέγεται Ἀλωρον, τὸν δὲ ὑπὲρ ἐνωτοῦ λόγον διαδοῦναι δτὶ μιν τοῦ λεῶ ποιμένα δ θεὸς ἀποδεῖξαι. Βασιλεῦσαι δὲ σάρους δέκα. Σάρος δέ ἔστιν ἔξακόσια καὶ τρισχίλια ἔτεα, νῆρος δὲ ἔξακόσια, σῶσσος δὲ ἔξήκοντα. Μετὰ δὲ τούτον Ἀλάπαρον ἄρξαι σάρους τρεῖς, μεθ' δν Ἀμίλλαρος ἐκ πόλεως Παντιβίθλιος (Παντιβίθλιος cod. A.) ἔβασιλευσε σάρους ιγ'. Ἐφ' οὐ δεύτερον Ἀννήδωτον τὴν θάλασσαν ἀναδῦναι παραπλήσιον Πάνην τὴν ἰδέαν ήμιδαίμονα. Μεθ' δν Ἀμμένων ἐκ Παντιβίθλων ἤρξε σάρους ιβ'. Μεθ' δν Μεγάλαρος ἐκ Παντιβίθλων ἤρξε σάρους δκτωκαίδεκα· εἴτα Δαώς ποιμὴν ἐκ Παντιβίθλων ἔβασιλευσε σάρους δέκα, ἐφ' οὐ δ' διφεῖς γῆν ἐκ θαλάσσης ἀνέδυσαν, δια τὰ δύναματα ταῦτα, Εὐέδωκος, Ἐνεύγαμος, Ἐνεύδουλος, Ἀνήμεντος. Ἐπὶ δὲ τοῦ μετὰ ταῦτα Εὐέδωρεσχου Ἀνόδαφος. Μεθ' δν ἄλλοι τε ἥρξαν καὶ Σίσιθρος ἐπὶ τού-

τοις, ὡς τοὺς πάντας εἶναι βασιλεῖς δέκα, δια τὸ χρόνος τῆς βασιλείας συνῆξε σάρους ἑκατὸν εἰκοσι. Καὶ περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ παρόμοια μὲν, οὐκ ἀπαράλλακτα λέγει οὕτως· « Μετὰ Εὐέδωρεσχου ἄλλοι τινὲς ἥρξαν καὶ Σίσιθρος, ὃ δὴ Κρόνος προσημάνει μὲν ἔσεσθαι πλῆθος δμέρων Δαισίου εἰ· κελεύει δὲ πᾶν δι τι γραμμάτων ἦν ἔχόμενον ἐν Ἡλιουπόλει τῇ ἐν Σισπόροισιν (1. Σιπάροισιν ex Euseb.) ἀποκρύψαι. Σίσιθρος δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ποιήσας, εὐθέως ἐπ' Ἀρμενῆς ἀνέπλωε· καὶ παρατίκα μὲν κατελάμβανε τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ· τρίτη δὲ ἡμερέῃ ἐπεὶ ὅντων ἐκόπατε, μετίει τῶν δρνθων, πείρην ποιεύμενος εἰ καὶ γῆν ἴδοιεν τοῦ ὄδατος ἔκδυσαν. Αἱ δὲ ἐκδεκομένου σφέας πελάγεος ἀμφιγανέος, ἀπορέουσαι δκη καθορμίσονται, παρὰ τὸν Σίσιθρον δπίσω κομίζονται· καὶ ἐπ' αὐτῆσιν ἔτεραι. Ως δὲ τῆσι τρίτησιν εὐτύχειν (ἀπίκατο γάρ δὴ πηλοῦ κατάπλεοι τοὺς ταρσούς), θεοί μιν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζουσι, τὸ δὲ πλοῖον ἐν Ἀρμενήι περιάπτα ξύλων ἀλεξιφάρμακα (καὶ) τοῖσιν ἐπιχωρίοις παρείχετο. »

Λέγεται Ἀλωρον] sic Scalig.; λέγων cod. A. Απλέγω? λέγει Goar. — μιν τοῦ λεω] Scaliger; μὴν τοῦ λεως Goar. Præter Euseb. cf. Moses Choren. (fr. 4). — Αμίλλαρος] Almelon Euseb.; Amelon Syncell. in Berossi fr. 6. — δεύτερον Ἀννήδ.] Ad hæc respicit Syncell. p. 39, B (Berossi fr. 6): δ δὲ Ἀβυδηνὸς τὸν δεύτερον Ἀννήδωτον μετὰ σάρους είχοντιν εἰς sc. εἰρηκε φανῆναι. Apparuit igitur vel Almelonis anno postremo, vel primo anno Ammenonis. Hoc ex Beroso posuisse videtur Alexander Polyhistor. Apollodorus secundum Annedotum post 40 saros apparuisse dixit, teste Syncello l. 1. Vereor ne hoc de tertio Annedoto intelligendum sit, cuius nulla mentio injicitur.— δι φεις] sec. Berosum fr. 6 sub Devonio appetet τέταρτος Ἀννήδωτος. Illud rectius; septem fuerint Annedotes. Vide Movers. Phœniz. I, p. 104. — Εὐέδωκος] Jodocus Euseb.;

### 1.

EX ABYDENO. *De Chaldaeorum regno. Et de Chaldaeorum quidem sapientia hactenus. Regioni vero imperasse primus dicitur Alorus populique pastorem a deo se renunciatum famam sparsisse et saris decem regnasse. Sarus vero tribus millibus et sexcentis annis aestimatur, Nerus sexcentis, Sossus sexaginta. Post hunc Alapatum saris tribus regnasse, cui successit Amillarus ex urbe Pantibibi, regnavitque saris tredecim; ejus tempore secundum Annedotum semideum, qui Oanni forma similis erat, e mari emersisse. Hunc exceptit Ammenon ex Pantibiblio, sarisque duodecim regnum obtinuit; post quem Megalarus item ex Pantibiblio saris octodecim imperavit: tum Daos ex Pantibiblio pastor saris decem populum rexit, cuius tempore quattuor animantia dupli natura constantia in terram e mari proruperunt; quorum nomina sunt: Euedocus, Eneugamus, Eneuhulus et Anementus. Euedorescho, qui deinceps regnauit, Anodaphus successit; post quos imperium tenuerunt tum alii, tum Sisithrus, ita ut reges omnes numero de-*

tus ad Ptolemaeum Philometorem, cuius meminit Polyb. XXVIII, 16, 5. Legationem istam sacram fuisse ex eo suspicor, quod eodem tempore aliae duæ legationes sacre ab Atheniensibus in Aegyptum missæ sunt, μία μὲν ὑπὲρ τῶν Παναθηναίων, ἡς προειστῆκει Καλλίας ὁ παγκρατιστής, ἡ δὲ ἄλλη περὶ μυστηρίων, ὑπὲρ ἡς Κλεόστρατος ἐποιεῖτο τὸν χρηματισμὸν καὶ τοὺς λόγους, Polyb. I. I. Hicesium medicum Erasistrateum sæpius laudat Athenaeus, Strabo XII, p. 580, Plinius XX, 5, XXI, XXII, 16, XXVII, 4, alii. Idem vel alias *De conditura vini* laudatur XIV, 19. XV. Alios Hicesios v. ap. Pausan. X, 9, 9; in Corp. Inscr. I, p. 328; ap. Andocid. p. 2, 43.

HIERO quidam Ephesius sive Alexandrinus memoratur in Phlegontis fragm. 32. Vid. tom. III, p. 613.

## HIEROCLES.

Hierocles in libris qui *Φιλόστορες* inscribebantur, mirabilia quæ apud remotioris Asiæ populos tum ipse viderit, tum apud scriptores relata repererit, congesisse videtur. Fragmenta, qua disertis verbis huic operi vindicantur, omnia pertinent ad Indiam, quam peragrasse se auctor jactat. Strabone juniores esse patet ex fragm. 2. Fortasse ad Stephani ætatem propius accessit. Distinguendus ab eo hand dubiè Hierocles, celeber philosophus stoicus, ex cuius libris excerpta præbent Photius cod. 214, 251, 39, 242; Stobæus in Florilegio; Gellius IX, 5, 8. Etym. M. et Suidas v. ἐμποδὼν; Photius et Suidas v. λέσχη et τέμνουσι; Suidas v. διαλέγοντο. διότι. Apostolius VIII, 20. XI, 90. Theophylact. Qu. Ph. p. 22. Cf. Steph. Byz. v. Υλλάριμα. — De *Hierocle Alabandensi* v. Cicero in Bruto c. 95 et Strabo XIV, p. 661. — *Hierocles medici* sæpissime mentio fit in Hippiatric. et in Geopon. XVI, 9. 10. 11. Mitto *Hieroclem* Συνεχδήμου auctorem, quem Stephano juniores ideoque a *Φιλόστόρων* auctore diversum esse demonstravit Wesseling. Itiner. Rom. p. 623 (vel in Constanti. Porphyri. ed. Bonn. tom III, p. 382). — *Hierocles poeta*, quem laudat schol. Theocrit. I, 56, errori deberi videtur. Sophoclis nomen reponi vult Toupius. Alia v. in Steph. Thes. v. Ιεροκλῆς.

## DE MYSTERIIS.

Inter Seytas Sauromatae, ut Hicesius in libro *De mysteriis* narrat, acinacen venerantur.

## ΦΙΛΙΣΤΟΡΕΣ.

I.

Steph. Byz. : Βραχμάνες, Ἰνδικὸν ἔθνος σοφώτατον, οὓς καὶ Βράχμας καλοῦσιν. Ἱεροκλῆς δὲ ἐν τοῖς Φιλίστοροι φησι· « Μετὰ ταῦτα σπουδῆς ἀξιῶν ἐνομίσθη τὸ Βραχμάνον ἰδεῖν φῦλον, ἀνδρῶν φιλοσόφων καὶ θεοῖς φύλων, ἥλιῳ δὲ μάλιστα καθωσιωμένων» ἀπέχονται δὲ σαρκοφαγίας πάσης, καὶ ὑπαίθριοι τὸν δεῖ χρόνον βιοτεύουσι καὶ ἀλήθειαν τιμῶσι, χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῆ τῇ ἐκ πετρῶν· λίθον γάρ μηρύματα μαλακὰ καὶ δερματώδη συνυφαίνουσιν (συνεχέφερουσιν cod. Rhed.), ἐξ ὧν ὑφάσματα γίγνεται μήτε πυρὶ καίσμενα μήτε ὕδατι καθαρίσμενα, ἀλλ' ἐπειδὴν ρύπον καὶ κηλῖδος ἐμπλησθῆ χρωμένων, ἐμβληθέντα εἰς φλόγα λευκὰ καὶ διαφανῆ γίγνεται.

2.

Tzetzes Hist. VII, 716 :

Ἴεροκλῆς ὡσαύτως τε Φιλίστοροις ἐν λόγοις,  
« Ἐξῆς δὲ, λέγων, εἰδομεν χώρων αὐχμηροτάτην  
ἥλιψ φιλεγομένην τε καὶ περὶ ταύτην ἀνδρᾶς  
γυμνῶν καὶ ἀνεστίους δὲ πόρος χώραις τῆς ἐρήμου,  
ῶν οἱ μὲν ἐπεσκίζον τὸ πρόσωπον ὡτίοις,  
τοὺς πόδας δὲ ἀνατείνοντας τὸ σύμπαν ἄλλο σῶμα.  
Τούτων καὶ Στράβων μέμνηται, καὶ γα τῶν ἀκεράλων,  
καὶ τῶν δεκακεράλων τε καὶ τετρακειροπόδων,  
οὐστερ ἐγὼ οὐκ ὅπωπα, φησιν Ἱεροκλέν. »

3.

Stephan. Byz. v. Ταρκυνία : Ταρκυναῖοι ἔθνος Τυπερβορέων, παρ' οἷς οἱ γρῦπες τὸν χρυσὸν φυλάσσουσιν, ὡς Ἱεροκλῆς ἐν τοῖς Φιλίστοροι.

(4).

Schol. Pindar. Pyth. IV, 11 : Ἱεροκλῆς φησὶ τοὺς ἐκ Λακεδαιμονος ἀποικίσαντας Ἀπόλλωνι αὐτὴν (Theram insulam) ἀνιερῶσαι.

## PHILISTORES.

1.

Brachmanes, Indica gens sapientissima, quos etiam Brachmas vocant. Hierocles in Philistoribus dicit: « Post haec operæ pretium visum est Brachmanum visere tribum, virorum philosphorum diisque carorum, soli vero maxime dedicatorum. Hi ab esu carnium prorsus abstinent, sub dio totam aetatem degunt, et veritatem colunt. Utuntur ueste linea ex petris facta: lapidum enim filamenta quadam mollia et cutanea contexunt, ex quibus vestimenta fiunt neque igne comburenda neque aqua purganda; sed quum sordes et maculam contraxerint, in flammarum conjecta, pura et splendida evadunt. »

2.

Hierocles in Philistoribus: « Deinde, dicit, vidimus terram aridam magnopere, soleque exustam, et ad eam viros nudos fixis sedibus carentes, quorum nonnulli auribus faciem obumbrabant, et in altum porrectis pedibus reliquum corpus universum. Horum Strabo quoque meminit, sicut etiam

Ἱεροκλῆς] « in Philistoreis, ruto. » *Bæckhius*. Ego vereor ne nomen auctoris corrutum sit. De re cf. Müller. *Min.* p. 328.

## HIPPAGORAS.

## ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑ.

## E LIBRO PRIMO.

Athenæus XIV, p. 630, A : Καὶ τελεσίς δὲ ἐστὶν ὅρχησις καλουμένη· στρατιωτικὴ δὲ ἐστὶν αὔτη, ἀπό τινος ἀνδρὸς Τελεσίου λαβοῦσα τούνομα, μεθ' ὅπλων τὸ πρῶτον αὐτὴν ἐκείνου ὅρχησαμένου, ὃς φησιν Ἰππαγόρας ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ τῆς Καρχηδονίων πολιτείας. Hippagoram Leontinum quendam memorat Pausanias. Fortasse Noster quoque Siculus homo fuit, modo recte se habeant illa: περὶ τῆς Καρχηδονίων πολ. Scilicet quum Telesias saltatio sit Macedonica ut in antec. (p. 629, D) Athenæus ex Marsya refert, nescio an nostro loco fuerit: π. τ. Μακεδόνων πολ.

## HIPPASUS LACEDÆMONIUS.

Diogenes L. VIII, 84 : Γεγόνασι δὲ Ἰππασοι δύο· οὗτοι τε (*Metapontinus Pythagoreus*) καὶ ἔτερος γεγραρώς ἐν εἴ βιβλίοις Λακώνων πολιτείαν· ἦν δὲ καὶ αὐτὸς Λάκων.

## ΛΑΚΩΝΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑ.

Athenæus I, p. 14, D : Ἰππασος δὲ Λακεδαιμονίοις ταύτην τε (sc. τὴν ὅρχησεως διὰ σφαίρας εὑρεσιν) καὶ τὰ γυμνάσια πρώτοις (ἀνατίθησι). Cf. Müller. Dor. II, p. 339.

virorum capite carentium et decem capitibus instructorum, et quattuor manibus pedibusque praeditorum, quos ego, Hierocles ait, non vidi. »

3.

Tarcynæi, gens Hyperboreorum, apud quos gryphi auru custodiunt, ut Hierocles ait in Philistoribus.

4.

Hierocles ait Theram insulam ab iis qui ex Lacedæmonie incolis eam frequentarunt, Apollini consecratam esse.

## CARTHAGINIENSIA RESPUBLICA.

Est etiam *telesias* quæ vocatur saltatio; quæ militaris est, nomenque invenit a viro quodam Telesia, qui primus illam in armis saltavit, ut Hippagoras ait primo libro *De Carthaginensia republica*.

## LACÆDEMONIORUM RESPUBLICA.

'Hippasus Lacedæmonius pilarem saltationem et gymnasiorum institutum Lacedæmoniorum inventa esse dicit.

## HIPPIAS ERYTHRÆUS.

## ΠΕΡΙ ΕΡΥΘΡΩΝ.

## E LIBRO SECUNDO.

Athenæus VI, p. 258, F : Ἰππίας δ' ὁ Ἐρυθραῖος ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Περὶ τῆς πατρίδος ἱστορίων, διηγούμενος δις ἡ Κνωποῦ βασιλείαν ὑπὸ τῶν ἔκεινου κολάκιων κατελύθη, φησὶ καὶ ταῦτα· « Κνωπῷ μαντευομένῳ περὶ αὐτηρίας δὲ θεὸς ἔχρησε θύειν Ἐρμῆδος δολίῳ. Καὶ μετὰ ταῦθ', δρυμήσαντος αὐτοῦ εἰς Δελφοὺς, οἱ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ καταλῦσαι βουλόμενοι, ἵνα διλιγαρχίαν καταστήσωνται (ἥσαν δὲ εἶτο) Ὁρτύγης καὶ Ἱός καὶ Ἔχαρος, οἱ ἐκαλοῦντο διὰ τὸ περὶ τὰς θεραπείας εἶναι τῶν ἐπιφανῶν πρόσκυνες καὶ κόλακες), συμπλέοντες οὖν τῷ Κνωπῷ, ὃς ἥδη πόρρω τῆς γῆς ἦσαν, δήσαντες τὸν Κνωπὸν ἔρριψαν εἰς τὸ πλάγιον, καὶ καταχθέντες εἰς Χίον, καὶ δύναμιν παρὰ τῶν ἔκει τυράννων λαβόντες Ἀμφίκλου καὶ Πολυτέκνου, νυκτὸς κατέπλευσαν εἰς τὰς Ἐρυθρὰς. Κατὰ τὸ αὐτὸν καὶ τὸ τοῦ Κνωποῦ σῶμα ἐξεβράσθη ταῖς Ἐρυθραῖς κατὰ τὴν ἀκτὴν, ἡ νῦν Λεόποδον καλεῖται. Τῆς δὲ γυναικὸς τοῦ Κνωποῦ Κλεονίκης περὶ τὴν τοῦ σώματος κηδείαν γινομένης (ἥν δὲ ἔσορτη καὶ πανήγυρις ἀγομένη Ἀρτέμιδος στροφαία), ἐξαίφνης ἀκούεται σαλπιγγὸς βοή· καὶ καταληφθέντος τοῦ ἀστεοῦ ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ὁρτύγην, πολλοὶ μὲν ἀναιροῦνται τῶν τοῦ Κνωποῦ φίλων, καὶ ἡ Κλεονίκη μαθοῦσα φεύγει εἰς Κολοφῶνα. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ὁρτύγην τύραννοι, ἔχοντες τὴν ἐκ Χίου δύναμιν, τοὺς ἐνισταμέ-

νους αὐτῶν τοῖς πράγμασι διέφειρον, καὶ τοὺς νόμους καταλύσαντες, αὐτοὶ διεῖπον τὰ κατὰ τὴν πόλιν, ἐντὸς τείχους οὐδένα δεχόμενοι τῶν δημοτῶν. Ἐξω δὲ πρὸ τῶν πυλῶν δικαστήριον κατασκευάσαντες, τὰς χρίσεις ἐποιοῦντο, ἀλουργὰ μὲν ἀμπεχόμενοι περιβόλαια, καὶ χιτῶνας ἀνδεδυχότες περιπορφύρους. Ὅπεδεδέντο δὲ καὶ πολυσχιδῆ σανδάλια τοῦ θέρους, τοῦ δὲ χειμῶνος ἐν γυναικείοις ὑποδήμασι διετέλουν περιπατοῦντες, κόμας τε ἔτρεφον καὶ πλοκαμίδας ἔχειν ἥσκουν, διειλημμένοι τὰς κεφαλὰς διαδήμασι μηλίνοις καὶ πορφυροῖς. Εἶχον δὲ καὶ κόσμον ὀλόχρυτον δροίων ταῖς γυναικίν. Ἡνάγκαζόν τε τῶν πολιτῶν τοὺς μὲν διφροφορεῖν, τοὺς δὲ ράβδους ἔχειν, τοὺς δὲ τὰς δόδυς ἀνακαθαίρειν. Καὶ τῶν μὲν τοὺς υἱεῖς εἰς τὰς κοινὰς συνουσίας μετεπέμποντο, τοῖς δὲ τὰς ἴδιας γυναικας καὶ τὰς θυγατέρας ἄγειν παρήγγελλον· τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας ταῖς ἐσχάταις τιμωρίαις περιέβαλλον. Εἰ δέ τις τῶν ἐκ τῆς ἑταίριας αὐτῶν ἀποθάνοι, συνάγοντες τοὺς πολίτας μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων, ἡνάγκαζον θρηνεῖν τοὺς ἀποθανόντας, καὶ στερνοτυπεῖσθαι μετὰ βίας, καὶ βοῶν ὅξεν καὶ μέγα ταῖς φωναῖς, ἐφεστήκοτος μαστιγοφόρου τοῦ ταῦτα ποιεῖν ἀναγκάζοντος, ἔως Ἰππότης ὁ Κνωποῦ ἀδελφὸς, μετὰ δυνάμεως ἐπελθὼν ταῖς Ἐρυθραῖς, ἐορτῆς οὔσης, τῶν Ἐρυθράλιων προσδοκούντων, ἐπῆλθε τοῖς τυράννοις, καὶ πολλοὺς αἰκισάμενος τῶν περὶ αὐτοὺς, Ὁρτύγην μὲν φεύγοντα συνεκέντησε καὶ τοὺς μετὰ τούτου, τὰς δὲ γυναικας αὐτῶν καὶ τὰ τέκνα δεινῶς αἰκισάμενος, τὴν πατρίδα ἡλεύθερωσεν. »

De Cnopo Erythrarum rege cf. Strabo XIV, p. 633; Polyæn. VIII, 43. Stephan. Byz. : Ἐρυθρά,

## DE ERYTHRIS.

## E LIBRO SECUNDO.

Hippias Erythraeus secundo libro De patria sua exponens quo pacto Cnopi regnum ab assentatoribus fuerit eversum, inter alia haec scribit : « Cnopo de salute sua oraculum consulenti respondit deus, sacram faceret Mercurio doloso. Post hæc quum Delphos proficeretur, comitantes eum hi qui regnum ejus eversum cupiebant, ut ejus loco paucorum erigerent dominatum (erant autem hi Ortyges et Irus et Echarus; qui, quod in eo maxime erant occupati ut illustres viros obsequiose colerent, adoratores et adulatores vocabantur) : hi igitur cum rege navigantes, quum jam procul a continente essent, vinctum Cnopum in mare projeicerunt. Tum Chium petentes, acceptis ibi ab insulae tyrannis Amphicle et Polytenco auxiliis, noctu Erythras reversi sunt. Per idem vero tempus cadaver Cnopi a fluctibus prope Erythras in littus erat ejectum, eo loco qui Leopodus hodie vocatur. Dumque uxor Cnopi Cleonice in curo funere erat occupata, simulque celebrabatur frequenti hominum conventu festum Dianæ Strophææ, exauditur subito tubæ cantus; et capta urbe ab Ortyge ejusque sodalibus, multi trucidantur ex Cnopi amicis : Cleonice vero, re comperta, Colophonem profugit. Tum vero Ortyges cum tyrannidis sociis, copiis ex Chio adjuti, quicumque eorum

rebus consiliisque obsistebant, omnes e medio tollebant : et abrogatis legibus, totam rem publicam ipsi per se administrabant, neminem civium intra muros recipientes. Ante portas vero urbis erexit tribunal jus dicebant, purpureis amicti palliis, tunicamque purpura praetextam induti. Sandalia vero, aestivo tempore, gestabant multifida; hieme autem calceis muliebribus semper incedebant. Comamque alebant; utque cincinnis crispus capillus esset curabant, capita luteis et purpureis diadematis redimiti. Habebant vero etiam ornamenta ex solidi auro, prorsus ut mulieres. Cives iidem cogebant alios sibi lecticarios esse, alios lictores et apparitores, alios vias purgare : et aliorum filios ad congressus obscenos arcescebant, alii ut proprias uxores filiasque sibi adducerent imperarunt; si qui dicto non essent audientes, ultimis suppliciis afficiebantur. Quodsi quis ex ipsorum sodalibus mortem obiisset, congregatos cives cum uxoribus et liberis deflere cogebant mortuum, pectoraque valide plangere, et magna acutaque voce lessum ejulatusque edere, adstante flagellifero, qui ad id faciendum verberibus eos compelleret. Sic illi res suas agebant : donec Hippotes, Cnopi frater, cum idonea manu Erythras adveniens, quo tempore festum agebatur, adjuvantibus Erythræis, invasit tyrannos; multisque ex eorum sodalibus supplicio affectis, ipso Ortyge sociisque ejus in fuga confossis, uxoribusque eorum ac liberis omni cruciatu afflictis, patriam liberavit.

<sup>7</sup>Εκαλεῖτο δὲ Κυνωπούπολις ἀπὸ Κυνώπου. Apud Pausan. VII, 3, 7 pro Κυνωπὸς vel Κνῶπος corrupte legitur Κλέοπος δὲ Κόδρου. Cf. Meursius Att. Lect. V, 8; Bayer. Erythræi numi illustrati, Comit. Petrop. Vet. tom. II, p. 436 sqq.; Müller. Min. p. 399.

## HIPPOSTRATUS.

Hippostratus fragm. 5 appellatur δὲ τῷ Περὶ Σικελίας γενεαλογῶν. Et ad Sicula pertinent fr. 4. 6. 7. Quae leguntur fr. 1. 2. 3 etsi haud proxime spectant res Siculas, ita tamen sunt comparata, ut in opere Σικελικῶν vel Γενεαλογῶν Σικελικῶν locum habere potuerint. Quamquam fieri etiam potest ut Sicula illa nonnisi partem majoris Genealogiarum operis fuerint. Alios Hippostratos v. ap. Diodor. XIX, 36, 5; Pausan. II, 2, 5; Euseb. in Olympionicanum catalogo ad Ol. 54 et 55; Hesiod. ap. schol. Pind. Ol. 10, 46; Apollodor. I, 8, 4; Athenæum p. 557, D; Iamblich. Vit. Pyth. c. 36. Cf. not. ad fr. 4.

### ΓΕΝΕΑΛΟΓΙΑΙ.

1.

Περὶ Μίνω.

Phlegon. Mirab. fr. 59 (tom. III, p. 623) : Ἰππόστρατος δέ φησιν ἐν τῷ περὶ Μίνω, Αἴγυπτον ἔκ μιᾶς γυναικὸς Εὐρυσπῆς τῆς Νείλου πεντήκοντα υἱὸς τεννῆσαι. Δαναὸς τε ὁμοίως ἔκ μιᾶς γυναικὸς τῆς Νείλου Εὐρυσπῆς πεντήκοντα θυγατέρας ἔσχε.

Tzetzes Hist. VII, v. 368 :

Ἴππόστρατος τὸν Αἴγυπτον ἔκ Εὐρυρρόης Νείλου μόνης υἱὸν πεντήκοντα λέγει γεγενηκέναι· τὰς θυγατέρας πάσας δὲ τὸν Δαναὸν ὁμοίως ἐκ τῆς Εὐρώπης θυγατρὸς τοῦ εἰρημένου Νείλου.

Ex Tzete apud Phlegontem pro Εὐρυσπῆς... Εὐρυσπῆς reponendum Εὐρυρρόης... Εὐρώπης. Fabula a vulgari traditione longe recedit. Europa (at non Nili filia) nominatur etiam mater Minois. Num hinc profectus rem narratam exposuit ἐν τῷ περὶ Μίνω? De Minoe vero quomodo in Siculis genealogiis sermonem facere potuerit, indicat fragm. 5. —

### GENEALOGIÆ.

1.

Hippostratus de Minoe agens dicit Αἴγυπτον ex una muliere, ex Euryrrhoe Nili f., quinquaginta filios genuisse. Similiter Danaus ex una eademque muliere, Europe Nili f., quinquaginta filias suscepit.

2.

Erant Timandri filiae Cotto et Eurythemis, quas colebant Heraclidæ, quod ipsi in Peloponnesum invadentibus auxiliarem operam navaverant, ut Hippostratus ait.

Tzetzes VII, 646 Hippostratum inter eos recenset qui fabulosa multa tradiderint.

2.

Schol. Theocrit. VI, 40 : Ἡσαν δὲ Τιμανδρέως θυγατέρες Κοτιώ καὶ Εύριθμις, δες ἐτίμησαν Ἡρακλεῖδαι, διὰ τὸ συναγωνίσασθαι αὐτοῖς κατὰ τὴν εἰς Ηπειρόνησον ἄρξιν, ὡς οἱ περὶ Ἰππόστρατον ἀποφανοῦσιν. Cf. Lobeck. Aglaopham. p. 1038. Cotto eadem quaē vulgo Κότις. Ut apud Corinthios, sic in Sicilia Cottytia celebrabantur. Quare quin haec quoque ex Siculis historiis petita sint, nihil obstat.

3.

Harpocratio : Ἀθαρίς, ὄνομα κύριον. Λοιμοῦ δέ φυσι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην γεγονότος, ἀνεῖλεν δὲ Ἀπόλλων μαντευομένοις Ἐλλησι καὶ βαρβάροις τὸν Ἀθηναῖς δῆμον ὑπὲρ πάντων εὐχάς ποιεῖσθαι. Πρεσβευομένων δὲ πολλῶν ἔθνων πρὸς αὐτοὺς, καὶ Ἀθαρίν εἶς Ὑπερβορέων πρεσβευτὴν ἀφικέσθαι λέγουσιν. Οὐ δὲ χρόνος ἐν ᾧ παραγέγονε διαφωνεῖται. Ἰππόστρατος μὲν γάρ κατὰ τὴν γ' [νγ'] αὐτὸν Ὁλυμπιάδα λέγει παραγένεσθαι, δὲ πλίνταρος κατὰ Κροῖσον τὸν Λυδῶν βασιλέα, ἀλλοὶ δὲ κατὰ τὴν καὶ Ὁλυμπιάδα.

[*Ἰππόστρατος*] codd. tres (A. F. K. Bekkeri); reliqui Νικόστρατος, quod recepit Bekker. Primam hujus loci partem iisdem verbis exhibit Suidas v. Ἀθαρίς; postrema brevius tradit ita : Καὶ Ἀθαρίν εἶς Ὑπερβορέων πρεσβευτὴν ἀφικέσθαι λέγουσι κατὰ τὴν γ' Ὁλυμπιάδα. Ita quidem vulgata; optimi vero codd. Parisiensis pro κατὰ τὴν γ' Ὁλ. præbent κατὰ τὴν νγ' Ὁλ., idque in textum Bernhardyus recipiendum duxit; recte, opinor. Hoc igitur modo Pindari et Hippostrati rationes conciliari inter se facile possent. Tertius computus fortasse fluxit ex Timæi chronologia, quam male intelligentes nonnulli ita tempora computarunt, ut a sententia auctoris annis centum et quinquaginta aberrarent (De caussa erroris v. Fragm. chronol. p. 125). Sic secundum Timæum (ap. schol. Pind. Ol. 4, 19) Camarinam restauratam dicunt Ol. 42 (612 a. C.), quum ponenda res esset Ol. 79, 3 (462 a. C.). Eandem rationem si ad nostrum locum transferimus, pro Olymp. 21, 1 (696) obtinebimus Ol.

3.

Abaris, nomen proprium. Aint autem peste per universum terrarum orbem grassante, Apollinem et Grecis et barbaris oraculum consultantibus respondisse, oportere populum Atheniensem pro omnibus vota facere. Quum igitur multæ gentes legatos ad ipsos mitterent, Abaris quoque ab Hyperboreis legalum eo venisse. At de tempore, quo advenerit, dissentunt; Hippostratus enim accidisse rem dicit Olympiade [quinquagesima] tertia, Pindarus Cresi temporibus, alii Olympiade vicesima tertia.

58, 3 (546), quo anno Cyrus, captis Sardibus, Croesi regnum evertit (v. Clinton. ad an. 546). Ceterum Hippostratus de Abari in Historiis Siculis dicere potuit. Nam Abaridis et Pythagoræ cum Phalaride Agrigentinorum tyranno (qui Ol. 53 tyrannidem sec. Eus. adeptus est, quemque Telemachus sustulit) commercium fuisse testantur Epistolæ qua feruntur Phalaridis 57 et 56, et Iamblich. V. P. c. 19. 22, coll. Porphyri. V. Pyth. p. 18 sq. V. Bentlej. Opusc. phil. p. 172 sq. ed. Lips. Fortasse istarum fabularum auctor ipse fuit Hippostratus, putarique possit scriptorem nostrum esse Pythagoreum Hippostratum Crotoniatam, cuius meminit Iamblichus V. P. c. 32.

## 4.

Schol. Pindari Nem. II, 1 : 'Ομηρίδας ἔλεγον τὸ μὲν ἀρχαῖον τοὺς ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου γένους, οἱ καὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ ἐκ διαδοχῆς ἡδον· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ οἱ ράψῳδοι οὐκέτι τὸ γένος εἰς 'Ομηρον ἀνάγοντες· ἐπιφανεῖς δὲ ἐγένοντο οἱ περὶ Κύναιμον, οὓς φασι πολλὰ τῶν ἐπών ποιήσαντας ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ὁμήρου ποίησιν. Ἡν δὲ δὲ Κύναιμος Χίος, δε καὶ τῶν ἐπιγραφομένων Ὁμήρου ποιημάτων τὸν εἰς Ἀπόλλωνα γεγραμμένον ὑμνον λέγεται πεποιηκέναι. Οὗτος οὖν δὲ Κύναιμος πρῶτος ἐν Συρακούσαις ἐρράψωδης τὰ Ὁμήρου ἐπῆ κατὰ τὴν ἔξηκοστὴν ἐννάτην Ὄλυμπιάδα, ὡς Ἰππόστρατος φησιν.

De hoc loco doctissime disputans Welcker. in *Cycl.* p. 237-248, multa attulit, quæ corrupta esse illa κατὰ τὴν ἔξ. ἐν. 'Ολ. coarguant, atque Cynæthonem Chium non diversum esse suadeant a Cynæthone vel Cinæthon Lacedæmonio. Hunc vero Eusebius in *Chron.* floruisse dicit Olymp. 3, 4 (*Cinæthon Lacedæmonius poeta, qui Telegoniam fecit, cognoscebat*). Quare n. l. Welckerus corrigendum suspicatur κατὰ τὴν ἔκτην ἢ τὴν ἐννάτην 'Ολ. Contra Nitzschius *Histor. Hom.* I, p. 130 verba scholiastæ ita intelligit ut sensus sit : illo tempore Syracusis rhapsodiae certamen institutum

## 4.

Homeridas dicebant antiquitus eos, qui ex Homeri genere oriundi erant, et poemata ejus ex successione canebant. Postea autem etiam rhapsodi, qui genus ab Homero non deducebant, sic nominabantur. Inter eos insignes fuerunt rhapsodi circa Cynæthum, quos multos versus de suo in Homeri carmina introduxisse perhibent. Erat vero Cynæthus Chius, qui ex poematis quæ Homeri nomine inscribuntur hymnum in Apollinem fecisse dicitur. Cynæthus ille primus Syracusis recitavit Homeri carmina circa Olympia dem sexagesimam nonam, ut Hippostratus ait.

## 5.

Hippostratus qui Siculas genealogias conscripsit, dicit Emmenidem et Xenodicum filios esse Telemachi; ab Emmenide oriundos esse Theronem et Xenocratem; Xe-

esse, in quo Cynæthus aut vice rit primus aut inter primos certaverit.

## 5.

Schol. Pind. Pyth. VI, 4 : Ἰππόστρατος δὲ δὲ τὰ περὶ Σικελίας γενεαλογῶν φησιν, δτι Ἐμμενίδης καὶ Ξενόδικος, Τηλεμάχου ιδοὶ, καὶ Ἐμμενίδου μὲν οἱ περὶ Θήρωνα καὶ Ξενοχράτην, Ξενοδίκου δὲ Ἰπποχράτην καὶ Κάπτης, οἱ φυγαδευθέντες ὑπὸ Θήρωνος θυτέρον Κάμικον κατέσχον Σικελιωτικὸν πόλισμα· καθ' ἣν (x. 8?) καὶ δὲ Μίνως ὑπὸ ταῖς Κωκάλου θυγατράσιν ἀπώλετο κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου ἐλθών.

[οἱ περὶ Θήρωνα] i. e. gens Theronis. Nam Theron filius erat Ᾱenesidami, non Emmenidæ, qui avus ejus est. — De genere Theronis v. schol. vet. l. l. ad v. 82, qui locus fortasse ex Hippostrato fluxit. Cf. Müller. *Min.* p. 338 et 469.

## 6.

## E LIBRO SEPTIMO.

Schol. Pind. Ol. II, 8 : Θήρων, οὐδὲς ἢν Αἰγαῖοιδαμοι· εἶχε δὲ συγγενῆ Κάπτην καὶ Ἰπποχράτην, οἵτινες ἡσαν ἀδελφοί· περὶ δὲν Ἰππόστρατος ἐν τῷ ζην.

[Ιππόστρατος] Beecckhius; libri Καλλίστρατος. De re v. Beecckh. in *Introd.* ad Ol. II.

## 7.

Idem ib. II, 16 : Ἰππόστρατος ιστορεῖ αὐτὸν (sc. τὸν Θήρωνα) πλούτῳ διηνοχέντα.

Qui apud Phot. Lex. v. Ἰππομανές laudatur Hippostratus esse debet Theophrastus, uti liquet ex Ᾱelian. H. An. III, 17.

## HISTIÆUS.

## ΦΟΙΝΙΚΙΚΑ.

## I.

Steph. Byz. : Βηρυτὸς, πόλις Φοινίκης, ἐκ μικρᾶς μεγάλη, κτίσμα Κρόνου. Ἐκλήθη δὲ διὰ τὸ εὔσδρομον· βῆρ γάρ τὸ φρέαρ παρ' αὐτοῖς. Ιστιαῖος δὲ ἐν πρωτῃ

nodici vero filios esse Hippocratem et Capyn, qui a Therone in exilium acti postea Camicum, Siculum oppidum, obtinuerunt. Eadem in urbe Minos a Cocali filiabus periit, quo tempore Dædalum quererent eo venerat.

## 6.

Theron filius erat Ᾱenesidami. Cognati ejus erant Capys et Hippocrates fratres, de quibus Hippostratus dicit in libro septimo.

## 7.

Hippostratus narrat Theronem divitiis suis insignem fuisse.

## DE REBUS PHOENICUM.

## I.

Berytus, urbs Phoenicie, e parva magna evasit; Saturni opus. Nomen vero habet ex eo, quod bene est irrigua. Nam

## HYPERMENIS, HYPEROCHI,

τὴν ἴσχυν βηρουνὶ Φοίνικας ὀνομάζειν, ἀφ οὗ καὶ τὴν πόλιν, ὡς Ἑλλάδιος φησιν. Pro forma ionica Ἰστιαῖος Josephus habet Ἐστιαῖος.

2.

Josephus Ant. Jud. I, 3, 9, de prisorum hominum longevitate postquam dixerat, addit: Μάνεθως... Βηρωσός... Μᾶχος τε καὶ Ἐστιαῖος, καὶ πρὸς αὐτοῖς δὲ Αἰγύπτιος Ἱερώνυμος, οἱ τὰ Φοινικὰ συντάξαμενοι, συμφωνῶσι τοῖς ἐμοῦ λεγομένοις. (V. Berosi fr. 6a.) Eadem ap. Euseb. P. E. p. 415, D, et ap. Syncell. p. 43, A; Cedren. p. 11.

3.

Josephus ib. 4, 3 (ex eo Euseb. P. E. p. 416, D): Περὶ δὲ τοῦ πεδίου τοῦ λεγομένου Σενναάρ ἐν τῇ Βαθυλωνίᾳ χώρᾳ μνημονεύει Ἐστιαῖος, λέγων οὕτως: «Τῶν δὲ ιερέων τοὺς διατωθέντας, τὰ τοῦ Ἐνυαλίου Διὸς ιερώματα λαβόντας, εἰς Σενναάρ τῆς Βαθυλωνίας ἔλθειν. »

## HYPERMENES.

## ΠΕΡΙ ΧΙΟΥ.

1.

Ptolemæus Hephaest. lib. VI, p. 197 ed. Wester.: Ὅπερμένης ἐν τῷ Περὶ Χίου, Ὁμήρου φησι γενέσθαι θεράποντα Σκινδαψὸν δύναματι· καὶ τοῦτον ζημιώθηναι ὑπὸ Χίων χιλίας δραχμάδες διὰ τὸ μὴ καῦσαι τελευτήσαντα τὸν δεσπότην. Οὐ δὲ τὸ δργανὸν εὑρέντων τὸ οὕτω καλούμενον σκινδαψὸν, Ἐρέτριος ἦν, Ποικίλης αὐλητρίδος οὐδέ. (Cf. Athen. IV, cap. 81; XIV, p. 636, B. Lobeck. Aglaoph. p. 133 et quam laudat Mannerti dissert. De Scindaps.) Hypermenem Chium et rhapsodum fuisse opinatur Coray. in Ατάκτ. III, 243. Welcker. in Cycl. ep. p. 177,

*ber* designat puteum apud eos. Histiaeus vero in libro primo Phœnices vim dicere *beruti* ait, ab eoque vocabulo nomen urbis deducendum esse, teste Helladio.

2.

Manetho, Berosus, Mochus et Hestiaeus Phœniciae historie auctores iis, quæ dixi, suffragantur.

3.

Campi qui Sennaar appellatur, in Babylonia regione siti, mentionem facit Hestiaeus ita dicens: « Qui vero de sacerdotibus servati erant, ablatis Jovis Enyalii sacris, in Sennaar Babyloniae venerunt. »

## DE CHIO.

1.

Hypermenes in libro De Chio narrat Homeri famulum fuisse Scindapsum, eique multam mille drachmarum a Chiis irrogatam esse, quod corpus domini defuncti non cre-

eundem esse putat cum *Euthymene*, quem laudat Clem. Alex. Strom. I, p. 141, 21 Sylb. (II, p. 80 Klotz.) : Εὐθυμένης ἐν τοῖς Χρονικοῖς συνακμάσαντα (sc. τὸν Ὀμηρον) ἐπὶ Ἀκάστου ἐν Χίῳ γενέσθαι περὶ τὸ διακοσιοστὸν ἔτος ὅστερον τῆς Ἰλίου ἀλώσεως (φησίν).

## HYPEROCHUS CUMANUS.

Num recte Hyperochus Κυμαῖκῶν eorum, quæ ad eum referebantur, auctor haberetur, fuerunt qui addubitarent (v. fr. 1). Alios Hyperochos duos vide ap. Pausan. I, 4, 4. X, 23, 2.

## ΚΥΜΑΪΚΑ.

1.

Athenæus XII, p. 528, D, E: Καὶ Κυμαῖοι δὲ οἱ ἐν Ἰταλίᾳ, ὡς φησιν Ὅπέροχος ἢ δ ποιήσας τὰ εἰς αὐτὸν ἀναφερόμενα Κυμαῖκά, διετέλεσαν χρυσοφοροῦντες καὶ ἀνθιναῖς ἐσθῆσι χρώμενοι, καὶ μετὰ γυναικῶν εἰς τοὺς ἄγρους ἔξιόντες, ἐπὶ ζευγῶν ὁχούμενοι. τὰ ὄστα.

2.

Pausanias X, 12, 4, de Herophile Sibylla: Τὴν δὲ ἐπὶ ταύτῃ χρησιμοὺς κατὰ ταῦτα εἰποῦσαν ἐκ Κύμης τῆς ἐν Ὄπικοῖς εἶναι, καλεῖσθαι δὲ αὐτὴν Δημόλ, συνέγραψεν Ὅπέροχος ἀνὴρ Κυμαῖος. Χρησμὸν δὲ οἱ Κυμαῖοι τῆς γυναικὸς ταύτης ἐξ οὐδένα εἴχον ἐπιδείξασθαι, λόθου δὲ ὑδρίαν ἐν Ἀπόλλωνος ιερῷ δεικνύουσιν ωὐ μεγάλην, τῆς Σιβύλλης ἐνταῦθα κεῖσθαι φάμενοι τὰ ὄστα.

3.

Ex eodem Hyperocho Od. Müllerus petitā censem hæc :

Festus p. 266 ed. Müller.: *Historiæ Cumanæ compositor, Athenis quosdam profectos Sicyonem Thespianasque [Thespiasque correx. Ursin.], ex*

masset. Ille vero Scindapsus, qui cognominis instrumenti inventor fuit, Eretricensis est, Poëciles tibicinis filius.

## DE REBUS CUMANORUM.

1.

Cumani in Italia, ut ait Hyperochius vel quicunque auctor est Cumæcorum, quæ ad eum referuntur, auro ornatu et vestibus variegatis uti solebant, et cum uxoribus in agros exire curribus vehentes.

2.

Sibyllam quæ post Herophilæ similiter oracula edidit, Cumanam ex Opicis fuisse ac Demo nominatam Hyperochus vir Cumanus scripsit. Ejus tamen feminæ prædictionem omnino nullam Cumani quam cuidam ostenderent habuere; ostendunt tantum urnam in Apollinis templo lapideam, in qua Sibyllæ ossa condita referunt.

*quibus porro civitatibus, ob inopiam domiciliorum, compluris profectos in exteriores regiones, delatos in Italiam, eosque multo errore nominatos Aborigines, quorum subjecti qui fuerint Caeximparum viri, unicarumque virium imperio montem Palatum, in quo frequentissimi conserderint, appellavisse a viribus regentis Valentiam: quod nomen adventu Euandiæ Æneæque in Italiam cum magna Graece loquentium copia interpretatum, dici cœptum Rhomen.*

Sicyonem] « De Sicyone, Erechthei vel Marathonis vel Metionis Atheniensium filio, cf. Pausan. II, 1, 1, 6, 2, 3 : de Thespio, Erechthei f., Diodor. IV, 29; Pausan. IX, 26, 4. » MÜLLER. Verum de Sicyone Bœotiae oppido v. schol. Pind. Ol. XIII, 148 et Polemo fr. 72 (tom. III, p. 135). Cf. Unger. Paradox. Theban. p. 363. — *Aborigines*] Aberrigines proponunt Scaliger et Müllerus. Paulus Diacon. Exc. Festi : *Aborigines appellati sunt, quod errantes convenerint in agrum, qui nunc est populi Romani. Fuit enim gens antiquissima Italicae.* Cf. Dion. H. A. R. I, 10. — *Caeximparum etc.*] « *Cacoxenidarum juri vicinorumque urbium vel similia quadam inesse. putat Scaligerus. Caci, improbi viri unicarumque virium conj.* Niebuhr. H. R. tom. I, p. 218, ann. 545, idque Festi sententiae convenientissimum puto. Caci memoriam etiam in Campania exstisse, comode monet Clausenius, Solino I, 8 teste advocate. *Latii incolarum vicinarumque urbium tentat Grauert.* » MÜLLER. — *Valentiam]* Cf. Solin. I, 1; Servius in Virg. Æn. I, 273 ex Atteio. » MÜLLER.

— HYPsicrates. V. Fragm. Læti, extr.

## ISIGONUS NICÆENSIS.

Stephan. Byz.: Νίκαια, πόλις Βιθυνίας.. Ἐξ αὐτῆς Ἰσίγονος καὶ Ἀσκληπιάδης καὶ Παρθένος καὶ Ἀπολλόδωρος καὶ Ἐπιθέρσης γραμματικός. Nicæensis Isogonus appellatur etiam a Plinio fr. 1, et a Gellio IX, 4. Ἰσίγονος δὲ Κιττιεύς, fragm. 4, corruptum esse videtur ex Ἰσ. δ Νικαιεύς. Rheginus et Sotione antiquior est. De Regini aetate non constat; Sotione vero Παραδόξων scriptor, si idem est cum Sotione, qui Potamonis Lesbii æqualis fuit (Plutarch. V. Alex. c. 61), Tiberii temporibus vixisse debet. Cf. Westermann. Paradox. p. XLIX.

## INCREDIBILIA.

4.

Isigonus etiam Nicæensis in Rhodo insula taurum illum

## ΑΠΙΣΤΑ.

1.

Plinius H. N. VII, 2, p. 4 Tchn. : *Anthropophagos, quos ad septemtrionem esse diximus, decem dierum itinere supra Borysthenem amnem, ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capilio pro mantelibus ante pectora uti, Isigonus Nicæensis (Iccensis. Siccensis var. l.). Idem in Albania gigni quosdam glauca oculorum acie, a pueritia statim canos, qui noctu plusquam interdiu cernant. Idem itinere dierum decem supra Borysthenem Sauromatos tertio die cibum capere semper.*

2.

Idem H. N. VII, 2, p. 5 Tchn. : *In eadem Africa familias quasdam effascinantum, Isigonus et Nymphodorus : quorum laudatione intereant probata (πρόβατα Harduin.), arecant arbores, emoriantur infantes. Esse ejusdem generis in Triballis et Illyriis adjicit Isigonus, qui visu quoque effascinent, interimque quos diutius intueantur, iratis præcipue oculis : quod eorum malum facilius sentire puberes. Notabilius esse, quod pupillas binas in oculis singulis habeant.*

3.

Idem H. N. VII, 2, p. 8 Tchn. : *Cyrnos Indorum genus Isigonus annis centenis quadragenis vivere. Item Ἀθιόπας macrobios et Seras existimat, et qui Athon montem incolant : hos quidem, quia viperinis carnibus alantur : itaque nec capit, nec vestibus eorum noxia corpori inesse animalia. Nomen Isigoni exstat etiam in ind. auctt. libri XII et XIII.*

De hisce Indiae miraculis Isigonom, una cum Ctesiae, Iambulo, Onesicrito, Polystephano citant Gellius IX, 4, et Tzetz. Hist. VI, 544. (Vide Ctesiae fragm. 86.) Apud Tzetz. pro Ἰσιγ. vulgo legitur Ἡσίγονος. Apud Gellium Isogonus Nicæensis appellatur.

4.

Cyrillus C. Julian. III, p. 88, C : *Καὶ μὴν καὶ Ἰσίγονος δὲ Κιττιεὺς (?) ἐν Ρόδῳ τῇ νήσῳ τὸν τοῦ Διὸς ταῦρον φησιν οὐκ ἀμοιρῆσαι λόγου τοῦ καθ' ἡμᾶς.*

5.

Tzetzes. Hist. I, 468 (narraverat historiam de ariete Atridarum) :

Πρόβατα δὲ χρυσόχροόν που φέρειν τὴν ἔρεαν, Πηγῆνος τὸν Ἰσίγονον (lib. Ἡσιγ.) εἰσφέρει γεγραφότα.

Jovis minime fuisse mentis humanæ participem refert.

5.

Oves auricolorem alicubi gestare lanam Reginus narrantem Isigonom introducit.

## E LIBRO SECUNDO.

6.

Sotion Περὶ κρην. x. λιμν. c. 1 : Κρήνη ἐν Ποτνίαις περὶ Θύρας, ἐξ ἣς οἱ ἵπποι πίνοντες μαίνονται, ὡς ἴστορεῖ Ἰσίγονος ἐν δευτέρῳ Ἀπίστων.

7.

Id. ib. c. 8 : Κρήνη ἐν Παλικοῖς, ἥτις εἰς ὕψος ἀναρρίπτει τὸ ὄδωρ πηγάδων ἐξ, ἔμφασιν ποιοῦσα μέλλειν κατακλύζειν τοὺς ὑποκειμένους τόπους, καθόλου δὲ οὐχ ὑπερεκχύεται οὐδέν. Ἐπὶ ταύτης οἱ ἐπιχώριοι τοὺς ὑπὲρ τῶν μεγίστων δρκούς ποιοῦνται, ὡς ἴστορεῖ Ἰσίγονος ἐν δευτέρῳ Ἀπίστων. Cf. Aristot. Mir. Ausc. c. 57. Polemon. fr. 83, tom. III, p. 140.

8.

Id. ib. c. 43 : Ἐν Λαδίᾳ ἐστὶ λίμνη Τάλα μὲν (l. Καλαμίνη μὲν) καλουμένη, οἱρὰ δὲ οὔσα νυμφῶν, ἢ φέρει καλάμων πλῆθος καὶ μέσον αὐτῶν ἔνα δύν βασιλέα προσαγορεύουσιν οἱ ἐπιχώριοι. Θυσίας δὲ καὶ ἕορτᾶς ἐπιτελοῦντες ἐνιαυσίους ἔξιλάσκονται· τούτων δὲ ἐπιτελουμένων, ἐπειδὴν ἐπὶ τῆς ἡιώνος κτύπος συμφωνίας γένηται, πάντες οἱ κάλαμοι χορεύουσι καὶ δι βασιλέας οὐν αὐτοῖς χορεύων παραγίνεται ἐπὶ τὴν ἡιώνα, καὶ οἱ ἐπιχώριοι τανίαις αὐτὸν καταστέψαντες ἀποπέμπουσιν, εὐχόμενοι καὶ εἰς τὸ ἐπίδιον αὐτὸν τε καὶ ἔαυτοὺς παραγενέσθαι ὡς εὐετηρίας ὅντι σημείῳ (ὅν τι σημεῖον εἰμ. Sylb.), ὡς ἴστορεῖ Ἰσίγονος ἐν δευτέρῳ Ἀπίστων.

Τάλα ] Strabo XIII, p. 626 : Ἐν δὲ σταδίοις τετταράκοντα ἀπὸ τῆς πόλεως (a Sardibus) ἐστίν ἡ Γυγαία μὲν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένη, Κολόνη δὲ ὑστερὸν μετονομασθεῖσα, διοῦ τὸ ιερὸν τῆς Κολονῆς Ἀρτέμιδος, μεγάλην ἀγιστείαν ἔχον. Φασὶ δὲ ἐνταῦθα χρημένειν καλάθους κατὰ τὰς ἕορτάς οὐκ οἴδε διπλῶς ποτὲ παράδοξολογοῦντες μᾶλλον ἢ ἀληθεύοντες. — Coloen

6.

Fons in Potniis circa Thebas est, ex quo equi si biberint, in rabiem incident, teste Isigono in secundo Incredibiliūm.

7.

Fons est in Palicis, qui aquam ejicit in sex cubitum altitudinem, et quum subjacentem locum inundaturus videatur, nihil tamen extra limites effundit. Ad hunc indigenae de rebus maximis juramenta præstant, ut narrat Isigonus in secundo Incredibiliūm.

8.

In Lydia lacus est Calamine, quem vocant, nymphis sacer, qui calamorum fert multitudinem, eorumque medium unum, quem regem indigenæ vocant, et sacram solemnitatem quotannis celebrantes sibi propitium reddunt. Quæ dum peragitur atque musici concentus in litora sonant, calami universi saltant, cum iisque rex saltans ad littus venit, ubi indigenæ tenuis eum redimunt ac deinde dimittunt precantes, ut proximo quoque anno ille cum ipsis

lacum Sotion de alia re memorat c. 39. — καλαμῶν] « fortasse καλλιῶν, id quod item Straboni reddendum videtur. Post χορεύειν in edd. scribitur πιθήκους, quod ortum est ex verbi καλάθους explicazione: scribe καλλίας; sc. καλλίας, i. q. πιθηκος. Westermann. in Paradox. p. 190. Mihi cum Ruhkopfio, Bernhardyo, aliis, καλάμους ap. Strabonem reponendum esse videtur; apud Sotionem vero pro Τάλα μὲν lege Καλαμίνη, uti colligas e Plinio II, § 96 : *In Lydia que vocantur Calaminæ (sc. natantes insulae sunt), non ventis solum, sed etiam contis quo libeat impulsæ etc.* Cf. Varro R. R. III, 17, 4; Seneca Q. N. III, 25.

9.

Id. ib. c. 2 : Κρήνη ἐν Κλαζομεναῖς, ἀφ' ἣς τὰ θρέμματα πίνοντα τὴν ἐρέαν χρωματίνην ποιεῖ, ὡς ἴστορεῖ δι προειρημένος Ἰσίγονος. Cf. Vitruv. VIII, 3.

10.

Id. ib. c. 9 : Περὶ Σχοτοῦσαν τῆς Θεσσαλίας κρηνίδιον ἐστὶ μικρὸν, δι τὰ Ἐλκη πάντα θεραπεύει καὶ τῶν διλόγων ζῷων εἰς δέ έαν τις ζύλον μηδίαν συντρίψεις, ἀλλὰ σχίσας ἐμβάλῃ, ἀποκαθίσταται· οὕτως καλλῶδες ἔχει τὸ ὄδωρ, ὡς φησιν Ἰσίγονος. Cf. Aristot. Mir. Ausc. c. 117; Antigon. Mir. c. 142.

11.

Id. c. 11 : Φησὶν Ἰσίγονος ἐν Ἀθηναῖσι κρήνην εἶναι, ἢς τὸ μὲν ὄδωρ ψυχρὸν ὑπάρχειν, τὸ δὲ ὑπὲρ αὐτὸν οὕτω θερμὸν ὑπάρχειν, ὥστε, ἀν τις ὑπερθή φρύγανα, παραχρῆμα ἔξαπτεσθαι. Cf. Antigon. Mir. c. 148.

12.

Id. c. 12 : Παρὰ Κλειτορίοις δι αὐτός φησιν εἶναι κρήνην, ἢς θαν τις τοῦ θεραπεύει, τοῦ οἴνου τὴν δοσὴν οὐ φέρει. Cf. Athenaeus II, p. 43, E; Plinius H. N. 31, 2. Steph. Byz. v. Ἀζανίς.

adsit, quippe quod sit boni proventus signum, sicuti narrat Isigonus in secundo Incredibiliūm.

9.

Fons est apud Clazomenios, ex quo pecudes si biberint, lana earum tingitur, teste Isigono, quem modo laudavimus.

10.

Ad Scotussam in Thessalia parvus fons est, cuius aqua omnia sanat ulcera etiam brutorum animalium. Si quis lignum non plane contusum, sed fissum tantum in eum injicerit, in solidum restituitur; tantam vim conglutinandi aqua habet, ut Isigonus narrat.

11.

Narrat Isigonus apud Athamanes fontem esse, cuius aqua quidem frigida, sed super eam tantus sit calor, ut, si quis immittat sarmenta, ea statim inflammentur.

12.

Idem apud Clitorios fontem esse ait, cuius aquam qui biberit, eum ferre non posse odorem vini.

13.

**Id. c. 13 :** 'Ο αὐτός φησιν ἐν Ἰταλίᾳ ἐν τῷ 'Ρεατινῷ ἀγρῷ κρήνῃ εἶναι Μέντην δονυμαζομένην, δμοίαν τῇ προειρημένῃ. Apud Plinium II. s. 106 legitur : *In Rheatino fons Neminie appellatus, alio atque alio loco exoritur, annonae mutationem significans.*

14.

**Id. c. 14 :** 'Ομοίως ἐγγὺς Κόσης ἔστι κρήνη, εἰς ᾧ ἐὰν θῆς κεράμιον οἴνου γέμον ὥστε ὑπερέχειν τὸ στόμα, παντὸς δόξου εἶναι δριμύτερον παραχρῆμα, ὡς ἱστορεῖ ὁ αὐτός.

15.

**Id. c. 21 :** Ἐν Συκαμίναις πόλει λίμνη ἔστιν, ἢς τῷ ὅδατι οἱ λουσάμενοι ἢ πιόντες ἀπ' αὐτοῦ μαδῶσι τὰς τρίχας, τῶν δὲ ἀλόγων ζώων αἱ δόπλαι ἀποπίπουσιν, ὡς ἱστορεῖ Ἰσίγονος. Cf. Aristot. Mir. Ausc. c. 78.

16.

**Idem c. 27 :** Ἐν δὲ Ἀλιφάνῳ τῆς Ἰταλίας φρεάτιον ἔστι βαθὺ, οὗ τὸ μὲν ὅδωρ βλέπεται, ἡλίκον δὲ ἄν τις χαλάσῃ σχοινίον, οὐκ ἐφάπτεται τοῦ ὕδατος, ἀλλ' ὑπὸ τίνος θείου κωλύεται, ὡς φησιν Ἰσίγονος.

17

**Id. c. 36 :** Περὶ δὲ Ταρρακίνιαν τῆς Ἰταλίας φησὶν Ἰσίγονος λίμνην εἶναι Μυκλαίαν καλουμένην, καὶ παρ' αὐτῇ πόλιν ἔρημον, ἃς τοὺς ἐνοικοῦντας στερηθῆναι τῆς πόλεως διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὅδων.

Μυκλαίαν] *Amyclas* Plin. H. N. VIII, 29.

18.

**Id. c. 40 :** Τὸ δὲ κατὰ τὴν Σουσιανὴν ὅδωρ φασὶν εἶναι Μηδείας καὶ πεφαρμάχθαι καυστικοῖς φαρμάκοις,

13.

**Idem dicit in Italia in Rheatino agro fontem esse Menten dictum, qui simile modo memoratae vim habeat.**

14.

**Similiter prope Cosam fons est, in quem si immittas vas fictile vini plenum, ita ut oriscium extra aquam sit, vinum illud statim quovis acetō fit acidius, ut idem testatur Isigonus.**

15.

**Sycaminis lacus est, in cuius aqua qui lavantur vel qui bibunt eam, glabri sunt, brutis vero animalibus ungues decidunt, ut narrat Isigonus.**

16.

**In Aliphano Italiae puteus est profundus, cuius aqua conspicitur quidem, verum funem si demiseris, non attingit eam, prohibente numine quodam, ut Isigonus ait.**

17.

**Circa Tarracinam in Italia Isigonus ait fontem esse, Mycaleam nomine, et prope eam urbem desertam, quam incole desernerint ob multitudinem serpentium.**

ὅ δε μὲν ἐκ πηγῆς τίνος, φυλάσσεται δὲ ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. Ἐχει δὲ δύναμιν τοιαύτην· τὰ γάρ χρισθέντα ἢ βραχέντα εἴς αὐτοῦ ζῷα ἢ σκεύη δειχθέντος μαχρόθεν πυρὸς πρὸς αὐτὰ ἐπισπᾶται καὶ παραχρῆμα καίσται. Καλεῖται δὲ νάφθα, ἐξενεγχέντα μέντοι τῆς χώρας ἀπόλλυσι τὴν δύναμιν, ὡς ἱστορεῖ Ἰσίγονος. Cf. Plin. H. N. II, 105.

19.

Tzetzes Lyc. 1021 : Κράθις, ποταμὸς Ἰταλίας, τῶν λουσάμενων πυρσαλῶν τὰς χαίτας, καθάπερ Ἰσίγονος δὲ ἱστορικὸς φησι, Σωτίων τε καὶ Ἀγαθοσθένης οἱ φιλόσοφοι, καὶ Εὐριπίδης δὲ τραγικός (Troad. 227).

'Ισίγονος] 'Ησίγονος et 'Ησίδος codd.

## ΠΕΡΙ ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΘΕΩΝ.

20.

Joh. Lydus De mensib. p. 274, B ed. Hase. Vide Polemonis fragm. 102, tom. III, p. 148.

## LÆTUS.

### ΦΟΙΝΙΚΙΚΑ.

Tatianus Or. adv. Gr. c. 58, et ex eo Euseb. P. E. X, 11, p. 493, B : Μετὰ δὲ τὰ Χαλδαίων τὰ Φοινίκων οὕτως ἔχει. Γεγόνατι πάρ' αὐτοῖς τρεῖς ἄνδρες, Θεόδοτος, Ὑψικράτης, Μῶχος. Τούτων τὰς βίθλους εἰς Ἐλληνίδα κατέταξε φωνὴν Δαιτος, δὲ καὶ τοὺς βίους τῶν φιλοσόφων ἐπ' ἀκριβές πραγματευσάμενος. Ἐν δὲ ταῖς τῶν προειρημένων δηλοῦται ἱστορίαις κατὰ τίνα τῶν βασιλέων Εὐρώπης ἀρπαγὴν γεγονέναι, Με-

18.

Illam in Susiana aquam Medeæ esse ab eaque medicamentis que urendi vim habeant infectam. Fluit e fonte, sed caevent eam regionis incolæ. Vim habet ejusmodi : animalia vel vasa ea inuncta vel madefacta, si ignis e longinquῳ ostenditur, eum atrahunt statimque incenduntur. Vocatur naphtha. Ceterum si e regione illa exportatur, vim suam amittit, ut narrat Isigonus.

19.

Crathis, fluvius Italæ, crines in eo se lavantium rufos efficit, ut Isigonus historicus, Sotion et Agathosthenes philosophi et Euripides tragicus narrant.

## DE REBUS PHOENICUM.

1.

Post Chaldaeorum res Phœnicum ita se habent. Fuerunt apud eos tres viri, Theodotus, Hypsicrates et Mochus. Horum libros in græcam linguam transtulit Lætus, qui et philosophorum vitas accurate conscripsit. In historiis vero istorum virorum indicatur, sub quoniam rege raptus Europe

λάου τε εἰς τὴν Φοινίκην ἀφέιν καὶ τὰ περὶ Εἴραμον, δοτὶς Σολομῶνι τῷ Ἰουδαίων βασιλεῖ πρὸς γάμον δοὺς τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα καὶ ξύλων παντοδαπῶν ὅλην εἰς τὴν τοῦ νεώ κατασκευὴν ἐδωρήσατο. Καὶ Μένανδρος δὲ ὁ Περγαμηνὸς περὶ τῶν αὐτῶν τὴν ἀναγραφὴν ἐποιήσατο.

Clemens Alex. Str. I, p. 140, 18, Sylb.: Εἰρχμος τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Σολομῶνι δίδωσι καθ' οὓς γρόνους μετὰ τὴν Τροίας ἄλωσιν Μενελάου εἰς Φοινίκην ἀφέις, ὡς φησι Μένανδρος ὁ Περγαμηνὸς καὶ Λαῖτος ἐν τοῖς Φοινικοῖς.

Λαῖτος ] Tatianus Χαῖτος; ap. Euseb. vulgo Άσιτος, sed Άδιτος cod. C. E. F. G. I. Gaisfordii; « ΆΔΙΤΟΣ, i. e. Λαῖτος, quomodo legitur in Clem. Al. Strom. I. » Gsf. — διάτοι sic Euseb., καὶ δὲ in Tatiano. Vulgatae Tatiani innitens lacunam statuit Jonsius H. ph. p. 257. « Quoniam Philo Byblius, ait, Sanchuniathonis Phœnicum theologiam in Græcum idioma transtulit, et de illustribus viris itidem scripsit, teste Suid. v. Φίλων, investigandum ulterius, annon idem Philo ceteros quoque Phœnicios scriptores quos Lætus transtulerit, ita ut legi possit Lætus et Philo, qui accurate de philosophis scripsit. » Quæ parum placent; certe ex Suida v. Φίλων quomodo Philonis de philosophis opus elicere possis, haud assequor. — « Diversus ab hoc Læto est Q. Ælius Lætus, præfector sub Commodo ap. Herodian. Commod. c. 2 et Lampridium Commod. c. 5. Lætum Ægypti præfectum sub Severo imp. laudat Herodian. in Severo, Euseb. H. Eccl. VI, 2, Nicephor. H. Eccl. V, 3. » JONSIUS l. 1. Λαῖτος, physicus, bis memoratur a Plutarcho in Quæst. Natur. c. 2 et 6, p. 1115 et 1117 ed. Didot. Is fortasse idem qui Moschi theologia et physica transtulit.

Jam quod Phœnices istos scriptores attinet, quorum opera Lætus græca fecit, Mochi mentionem faciunt: Athenæus III, p. 126, A ubi: Παρὰ τοῖς τὰ Φοινικὰ συγγράψατε Σουνιαίθωνι καὶ Μωχῷ (sic) τοῖς σοῖς (Ulpiani Tyrii) πολίταις. Strabo XVI, p. 757: Εἰ δὲ δεῖ Ποσειδῶνι πιστεῦσαι, καὶ τὸ περὶ τῶν ἀτόμων δόγμα παλαιὸν ἔστιν ἀνδρὸς Σιδῶντος Μώχουν (sic codd. plerique. Tschuck. ed. Μόσχος), πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων γεγονότος. Ding. L. Procem. 1: Τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον ἔνιοι φασιν ἀπὸ βαρδάρων εἶναι... Φοίνικά τε γενέσθαι Ὑπέχον (ser. Μῶχον), καὶ Θρῆκα Ζάμολξιν καὶ Αἴθον Ἀτλαντα. Hinc sua habet Suidas v. Ὑπέχον. Præterea Mochus inter Φοινικῶν auctores recensetur ap. Joseph. Ant. Jud.

acciderit, et Menelaus in Phœnicien venerit; ibidemque narrantur res Irami, qui Salomoni Judæorum regi filiam suam in matrimonium collocavit, et omne genus lignorum ad extirpationem templi donavit. Ac Menander quoque Pergamenus de iisdem rebus narrationem instituit.

I, 3, 9, et ex eo ap. Euseb. P. E. p. 415, D, Syncell. p. 43, A, Cedren. p. 11 (v. supra Histiae fr. 2). Ceterum ex Diogenis et Strabonis locis colligas de Mocho eodem fere modo ac de Sancho-niathone statuendum esse.

De HYPsicrate et THEODOTO Phœnicum lingua res eorum tradentibus aliunde non constat, ac vehementer vereor ne his subsit error. — De Hypsicrate Amiseno συγγραφεῖ, vide not. ad Strabon. fragm. 13, tom. III, p. 493.

— · · · —  
LAMISCUS SAMIUS, συγγραφεῖς, memoratur apud Palæphatum p. 268 ed. West. Vide infra fragm. Melissi.

## LAOSTHENIDAS.

Diodorus V, 80, 4, de auctoribus, quos in Creticis suis secutus sit, loquens: Τοῖς γάρ τὰ πιθανώτερα λέγουσι, ait, καὶ μάλιστα πιστεούμενοι ἐπηκολουθήσαμεν, ἀ μὲν Ἐπιμενίδῃ τῷ θεολόγῳ προσσχόντες, ἀ δὲ Δωσιάδῃ καὶ Σωτικράτει καὶ Λαοσθενίδᾳ (Laoschernide Poggius). — Aliunde de eo non constat. Lasthenem nobilem Cretensem, qui Demetrii Nicatoris (Demetrii Soteris f.) consiliarius fuit, novimus ex Josepho Ant. Jud. XIII, 4, 3, et Diodoro XXXIII, 4; XL, 1, 3.

## LEOCRINES.

Etym. M. p. 515, 20 v. Κρίσα: Λεωκρίνης δὲ ἡγεῖται δύο εἶναι πόλεις, ἀλλην τὴν Κρίσαν καὶ ἀλλην τὴν Κίρραν. Ἄντικειται δὲ ὑπὸ πολλῶν οὔτε γάρ τῶν γεωγράφων εἴπε τις πόλεις δύο διαφόρους, ἀλλ' οὐδὲ τῶν περιηγητῶν μόνος δὲ αὐτὸς, καὶ τοῦτο δι' ἄγνοιαν καὶ ἴδιωτισμὸν τοῦ πάθους: διθεν ιστορίαν δίδωσι διεψυχμένην.

— · · · —  
Iramus filiam suam Salomoni elocavit, quo tempore post Trojæ excidium Menelaus in Phœnicen venit, ut ait Menander Pergamenus et Lætus in Historia Phœnicum.

— Leocrines duos statuit urbes esse, alteram Crisan, alteram Cirrham.

## (LEONIDES.)

Tzetzes ad Lyc. 756 : Λεωνίδης ἐν τῷ Περὶ Ἰταλίας φησὶν δόρος εἶναι, ἐνῷ πεύκας γίνεσθαι ὑπερμεγέθεις· ἐν δὲ τούτων γίνεσθαι τοὺς φελλοὺς, οὓς χῶνται πρὸς κυρφίσμὸν τῶν δικτύων οἱ ἀλειεῖς.

« Stoicum a Strabon. XIV, p. 655 laudatum intelligit Meursius Rhod. 2, p. 100, qui et eundem habet, cuius præcepta symmetriarum commemerat Vitruv. præf. lib. VII. Præterea fuit L. *Byzantius* [Metrodori f.] Ἀλιευτικῶν scriptor, laudatus ab Athenæo I, p. 13, C; Älian. H. An. II, 6. 50. III, 18. XII, 42 et Epilog.; Apostol. Prov. XIX, 61; Suidas v. Κικλίος; epigrammatographi duo, alter *Tarentinus*, alter *Alexandrinus*, A. Meinek. in utr. Leon. carm. Lips. 1791. Horum quis Italicā scripserit difficile dictu est. » WESTERMANN. ad Voss. p. 462. Suspicor intelligendum esse Ἀλιευτικῶν scriptorem, atque titulum Περὶ Ἰταλίας corruptum esse ex : Περὶ ἀλιευτικῆς (vel π. ἀλειεῖς) Ἰταλίας φησὶν δόρος εἶναι κτλ. Eundem Leonidem una cum Äliano et Oppiano laudat Tzetzes Hist. IV, 166.

— · · · —  
LINUS OECHALIENSIS.

Stephan. Byz. v. Οἰχαλία : Λίνος δ ἱστορικὸς Οἰχαλιώτης ήν. Quum plures OEchalias recenseat Stephanus, haud liquet quænam Lini fuerit patria, uti de Stephani loco agens monet Eustathius, ad II. II, 594 : Ἄδηλον δὲ διὰ ταῦτα καὶ ποιάς ήν δ. Λίνος· φησὶ γάρ δὲ ίστορία, διτέ διστορικὸς Λίνος Οἰχαλιώτης ήν. Multo minus de Lino ipso constat. Ni fallor, Linus noster est Herculis magister, δην φασι τοις Πελασγιοῖς γράμμασι συνταξάμενον τὰς τοῦ πρώτου Διονύσου πράξεις καὶ τὰς ἄλλας μυθολογίας ἀπολιπεῖν ἐν τοῖς Υπομνήμασιν (Diodor. III, 67, 4).

— · · · —  
HISTORIÆ EPITOME.

## 1.

Lepidus in Historiae epitome de Lacedæmoniis ita dicit : « De Arcadia Pythia Lacedæmoniis hæc respondit :

Me petis Arcadiam? Magnum petis εἴ τινα tradam.  
Multi apud Arcadiam vescentes glande viri sunt,  
qui te rejicunt. Nec vero invidoro prorsus:  
saltanam Tegeam planta plaudente daturus,  
utque queas campum metiri fune feracem.

Postea iterum oraculum consulentes responsum acceperunt hocce :

## LEPIDUS.

## ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΕΠΙΤΟΜΗ.

## E LIBRO PRIMO.

Stephan. Byz. : Τέγεα, πόλις Ἀρχαδίας... Λέπιδος δ' ἐν Ιστορίας ἐπιτομῆς πρώτῳ περὶ Λακεδαιμονίων οὕτω φησι: « Χρῆ δ' αὐτοῖς ἡ Πυθία ἐπ' Ἀρχαδίᾳ γέδε. »

Ἀρχαδίην μ' αἰτεῖς; μέγα μ' αἰτεῖς· οὐ τοι δώσω. Πολλοὶ ἐν Ἀρχαδίῃ βαλανηφάγοι ἀνδρες ἔστιν, οἵ σ' ἀποκωλύσουσιν. Ἐγὼ δέ τοι οὐ τι μεγαίρω. Δώσω τοι Τεγέην ποστίκροτον δρχῆσασθι, [καὶ καλὸν πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθι].

Ἐγράψωντο δὲ καὶ πάλιν, καὶ ἀφικεῖται αὐτοῖς τάδε·

« Εστι τις Ἀρχαδίης Τεγέη λευρῷ ἐνὶ χώρῳ,  
ἔνθ διέμοι πνεύσουσι δύο κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης,  
καὶ τύπος ἀντίτυπος, καὶ πῆμ' ἐπὶ πήματι κεῖται·  
ἔνθ' Ἀγαμεμνονίδην κατέχει φυοίσος αἴτα,  
τὸν σὺ κομιστάμενος Τεγέης ἐπιτάρροθος ἐσσῃ·

Oraculum vide ap. Herodot., I, 66, ibique interpretes. Prioris oraculi versum ultimum ex Herodoto addidi.

## 2.

## E LIBRO OCTAVO.

Idem : Σχοῦποι, πόλις Θράκης. Λέπιδος ἐν Ιστορίης ἐπιτομῆς δύδωφ. Τὸ ἔθνικὸν Σχουπῆνοι.

## 3.

## E LIBRO INCERTO.

Idem : Βουθρωτός, χερρόνησος περὶ Κέρκυραν... τὸ ἔθνικὸν Βουθρώτιος. Λέπιδος δέ φησι διὰ τοῦ τ Βουθρώτιος.

— · · · —  
Est quædam Arcadia Tegea in regione patenti:  
hic duo flant venti, vi pervehemente citati;  
repulsi pulsus, noxæ superindita noxa.  
Hic Agamemnonides terra omniparente tenetur;  
quo tu sublato, Tegeæ sperabere vitor.

## 2.

Scipi, urbs Thraciæ. Lepidus octavo Epitomes historicæ. Gentile Scupeni.

## 3.

Buthrotus, chersonesus prope Cercyram. Gentile Buthrotius. Lepidus vero per t literam Butrotius.

## LUCILLUS TARRHÆUS.

Stephan. Byz. : Τάρρα, πόλις Λυδίας, ἀφ' ἣς Λεύκιος δὲ γραμματικός. Επέρα Κορήτης, ἐν τῇ Ταρραιοῖς Ἀπόλλων τιμᾶται. Λούκιος δὲ ἦν ἀπὸ Τάρρης τῆς Κρητικῆς πόλεως φέρεται δὲ τούτου τὰ Περὶ παρομιῶν τρία βιβλία χριστα, καὶ Περὶ γραμμάτων καὶ Τεχνικὰ γλαφυρώτατα.

Λούκιος] Sic etiam Ammonius De diff. v. p. 9 ( nisi quod Kilius exhibit edit. Frelloniana ). Apud reliquos et apud ipsum Stephanum v. Θεσσαλονίκη et Κάλαρνα auctor appellatur in plerisque codd. Λούκιλλος. De Proverbiis ejus v. Schneidewin. in Parœm. præf. p. xii sq. (\*). Inter historicos Lu-

(\*) Ammonius p. 6, 9 ed. Valcken. : Αἶνος καὶ παρομιά διαφέρει δὲ μὲν γάρ αἰνός ἔστι λόγος κατὰ ἀνάπλαστον μυθικὴν ἀπὸ ἀλόγων ζῴων ἡ φυτῶν πρὸς ἀνθρώπους εἰρημένος, ὡς φησι Λούκιος Ταρραιοῖς ἐν τῷ πρώτῳ Παρομιῶν κτλ. Eadem Eustath. ad II. a. p. 855, 3, ubi : ὡς Λούκιλλος ὁ Τ. ἐν πρώτῳ Περὶ παρομιῶν. Ex eodem fonte sua habent Diogenianus, Apostolius, Arsenius in proem. ad Prov. Vid. Leutsch. Parœmiogr. p. 178, et Schneidewin. ibid. præf. p. xiii, ubi Lucillum ipsum ea, quae de αἰνῷ, λόγῳ, παρομιᾷ disputavit, Chrysippo debere censem. Addit deinde : « Conciliavit autem Tarrhaeus collectioni suea celebritatē non solum excussis accurate copiis priorum, sed ipse vel peregrinationes suscepit ad explorandas fabulas et narrationes singularium urbium, templorum, locorum; vel ex peregrinatoribus res patrias scrutabatur. Scholia Platon. p. 396 Bekker. : Ἡκουσια, ὡς φησι Ταρραιοῖς, ἐγχωρίων λεγόντων, διὰ τὸ Σαρδόνιον γίγνονται βοτάνη σελίνῳ παραπλησία, ἵστι οἱ γευσάμενοι δοκοῦσι μὲν γελῶντες, σπασμῷ δὲ ἀποθνήσκουσιν ( v. Zenob. V, 85 ). Adde Stephanum v. Δωδώνη, qui quae de proverbio Δωδωνάτον χαλκεῖον acculaute et docte tradit, ea cum explicationibus priorum ex Tarrhaei commentariis videtur haussisse omnia : Κατὰ μέντοι τοὺς ἡμετέρους, φησιν ὁ Ταρραιοῖς, ἔστι μὲν λαβὴ τῆς μάστιγος, οἱ δὲ Ἰμάντες ἀποπεπτώκασιν. Παρὰ μέντοι τῶν ἐπιχωρίων τινὸς ἥπατος, ὡς, ἐπειπέρ εἴπυτε μὲν ὑπὸ μάστιγος, ἥπερ δὲ ἐπὶ πολὺν χρόνον, ὡς χειμερίου τῆς Δωδώνης ὑπαρχούσης, εἰκότας εἰς παρομιῶν περιεγένετο τὸ χαλκεῖον. » Lucilli Proverbiorum opus in compendium rediget Zenobius. Suidas v. Σηνόδιος... ἔγραψε ἐπιτομὴν τῶν Παρομιῶν Διδύμου καὶ Ταρραιοῦ ἐν βιβλίοις τρισί. Idem significant schol. Arist. Nub. 134; schol. Arist. Rhetor. II, 42. Tzetzes Hist. VIII, 18, et ipsa Zenobiani libri inscriptio. V. Schneidewin. p. xxiv. Τα τεχνικὰ γλαφυρώτατα signare videtur schol. in Dionys. Thrax ap. Bekk. An. p. 652 ( Λούκιος δὲ ὁ Ταρραιοῖς λέγει, διὰ τῆς τέχνης εἰδὼν τέσσαρα κτλ. ), monente Preller ad Polemon. p. 62. Ex opere Περὶ γραμμάτων quædam excerpuntur in Cramer. An IV, p. 318 cl. p. 308.

## DE THESSALONICE.

## 1.

Thessalonice, urbs Macedoniæ, quæ Halia vocabatur, a Cassandro incolis frequentata, ( *qui nomen ei indidit a Thessalonice uxore* ), aut a Philippo ita vocata est, quod Thessalos ibi vicerat. Lucillus vero Tarrhaeus, qui liberum De Thessalonice scripsit, Philippum dicit conspicutam puerilam formosam ac nobilem ( erat enim Iasonis ex fratre nepitis ) duxisse uxorem, eamque die a puerperio vicesima

cillo locus debetur propter librum quem compo-  
suit De Thessalonice urbe, in qua diutius auctor  
degisse videtur. Præterea Argonautica Apollonii  
interpretatus est, ubi patet ex Vit. Apollonii et ex  
schol. ad Apoll. I, 187. 1040. 1083. 1165. Cf.  
Eudoc. p. 29. Eoque in negotio non tam grammati-  
cicum quam historicum et mythologum egisse ex  
locis citatis colligitur ( cf. Weichert. Ueber d.  
Leb. u. d. Schriften d. Apollon. p. 396 ). Quod aeta-  
tem scriptoris attinet, Didymo paullo antiquior,  
vel æqualis ejus fuisse videtur.

## ΠΕΡΙ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ.

Stephan. Byz. : Θεσσαλονίκη, πόλις Μαχεδονίας, ἷτις ἄρα ἐκαλεῖτο Ἀλία, Κασσάνδρου κτίσμα \*\* ἢ ὅτι Φίλιππος τοῦ Ἀμύντου ἐκεῖ Θετταλοὺς νικήσας οὕτως ἐκάλεσε. Λούκιλλος ( Λούκιος cod. Rhed. ) δὲ ὁ Ταρ-  
ραιοῖς Περὶ Θεσσαλονίκης βιβλίον ἔγραψεν, ὃς φησιν,  
ὅτι Φίλιππος θεσσάμενος κόρην εὐπρεπῆ καὶ εὐγενῆ,  
Ιάσονος γάρ ἦν ἀδελφιδήν, ἔγημε, καὶ τεκούσα τῇ εἰ-  
κοστῇ ἡμέρᾳ τῆς λοχείας τέθνηκεν ἀναλαβόν οὖν δὲ Φί-  
λιππος τὸ παιδίον ἔδωκε Νίκην τρέφειν, καὶ ἐκάλεσε  
Θεσσαλονίκην· ἢ γάρ μήτηρ τοῦ παιδίου Νικασίπολις  
ἐκέλητο. » Narratio mutila. Initio supplice licet :  
ἀπὸ Θεσσαλονίκης τῆς Κασσάνδρου γυναικός, οὕτω κα-  
λουμένη, ἢ ὅτι κτλ. Strabo VII, 323 : Ἡ Θεσσαλο-  
νίκη... πρότερον Θέρμη ἐκαλεῖτο, κτίσμα ἐστὶ Κασά-  
νδρου, ὃς ἐπὶ τῷ δύναμι τῆς έαυτοῦ γυναικὸς, παιδὸς δὲ  
Φίλιππος τοῦ Ἀμύντου, ὁνόμασεν. E Stephano hausit  
Constantin. Porphyr. De them. II, 4, p. 51 : Ἐχει  
δὲ τὴν ὄνομασίαν ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. Φίλιππος  
δὲ Ἀμύντου Θεσσαλοὺς ἐκεῖ νικήσας τῇ θυγατρὶ καὶ τῇ  
πολεὶ δρμανύμως τὸ δύναμα ἔθετο. Etym. M. : Θεσσαλο-  
νίκη, πόλις Μαχεδονίας, ἷτις Ἀλία ἐκαλεῖτο· ἢ ὅτι Φίλιππος  
θεσσάμενος κόρην εὐπρεπῆ ἔγημε κτλ.

## 2.

Idem : Κάλαρνα, πόλις Μαχεδονίας, ὡς Λούκιλλος  
ὁ Ταρραιοῖς. Τὸ ἔθνικὸν Καλαρνάτος.

## 3.

Idem : Μίεζα, πόλις Μαχεδονίας, ἢ Στρυμόνιον ἐκα-  
λεῖτο.. Τὸ ἔθνικὸν Μιεζεὺς καὶ Μιεζαῖος. Οὕτω γάρ χρη-

mortuam esse. Susceptam vero infantem a Philippo Nicæ  
enutriendam traditam et Thessalonicens nominatam esse.  
Mater infantis Nicasipolis nominabatur. »

## 2.

P. 386, fr. 2. — Priorem hujus loci partem latine vertit Natalis Comes Myth. IX, 6. Idem IX, 15 hæc affert : *Alii dicunt, inter quos fuit Callisthenes in Navigatione (ἐν Περίπλῳ sc.) et Hecataeus de Hyperboreis, duos colles suisse in Phrygia, qui Aures asini vocarentur, super quibus multissima oppida condita fuerint, e quibus latrones complures viatores et peregrinos adoribantur. His locis quum arma Midas intulisset, ac oppidis per vim potitus suisset, obtruncatis eorum locorum latronibus, dictus est fabulose aures asini habere.* Græce hæc leguntur ap. Tzetzem in Lyc. 1401 : Λέγουσιν ἐν Φρυγίᾳ δύο ἔναι λόφους καλούμένους ὄντα ὄντα, ὃνπερ δὲ Μίδας κρατήσας καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς ληστὰς ἀνελὼν, ἐμυθεύθη ἔχειν ὄντα ὄντα. Cf. Dionigenian. VI, 73, schol. Aristoph. Plut. 287. De Mida quædam afferuntur ap. Stob. Flor. VII, 69 ex Callisthenis (fr. 45) Metamorphosibus. Hinc fōrtasse suum Callisthenem finxit Natalis. Unde vero Hecataeum arripuerit, nescio.

Pag. 389, fr. 12, lin. 7, in latinis, post : *Olymp. centesimam adde octagesimam.*

Pag. 453, fr. 3 a. — Sotion. De fluvv. et fontt. fr. XXXIII, p. 188 in Paradox. Westerm. : *Ιερώ-*

νυμος Ίστόρησεν, ἐν τῇ Ναβαταίων χώρᾳ τῶν Ἀράδων εἶναι λίμνην πικράν, ἐν δὲ οὔτε ἵχθυς οὔτε ἄλλο τι τῶν ἐνύδρων ζώων γίνεσθαι, ἀσφάλτου δὲ πλίνθους ἔξ αὐτῆς αἱρεσθαι ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων. Ipse Hieronymus lacus hujus custodiae praefectus fuit. Vide Diodor. (XIX, 100 sqq.), qui uberrimam ejus (ex Hieronymo) dedit descriptionem.

Pag. 461. — Post fragmenta Hieronymi Cardiani vellem mentionem injecissem *Stratoclis* oratoris, quippe qui etiam historica quadam scripsisse videtur, quandoquidem Cicero Brut. c. 11 : *Hunc Themistoclem*, inquit, *isti* (sc. Clitarchus et Stratocles) aiunt, *quum taurum immolavisset, excepisse sanguinem patera, et eo poto mortuum concidisse*. *Hanc enim mortem rhetorice et tragice ornare potuerunt; illa mors* (qualem Thucydides narrat) *vulgaris nullam præbebat materiam ad ornatum*. Cf. Clitarchi fragm. in scriptt. Rer. Alex. p. 76. De Stratocle oratore vilique Antigoni et Demetrii Poliorcetæ adulatore v. Ruhnken. ad Rutilium Lup. I, 9; Westermann. *Gesch. der gr. Bereds.* § 54, 24. 72, 12 sqq.

Pag. 462, Proxeni fr. 5 a. — Schol. Venet. Eurip. Androm. 24, de Pyrrhi Epirotæ liberis. Quem locum vide in Lysimachi fr. 13, tom. III, p. 338.

Pag. 363, ad fr. 7. — Eadem (ex Stephano) habes ap. Tzetzem in schol. ad Thucyd. VI, 4. 3. Vide Addenda ad Hellanici fr. 104.

Pag. 465, fr. 5 a. — In latinis pro *Deucalionis filia* lege : *Deucalionis uxore*.

Pag. 465, Suidæ fr. 5 b. — Schol. Venet. in Eurip. Androm. 18, de Peleo cum Thetide congreso eo loco, qui Thetidum vocatur. Vide Addenda ad Pherecydis fr. 16.

Fr. 5 c. — Schol. II. π., 175 : Ἐκ τίνος Πηλεὺς Πολυδώρων ἔσχεν; ὡς μὲν Στάφυλός φησιν ἐν τῇ σ'

(1. σ'; ἐν υῇ γ' sch. Didym.) Θεσταλικῶν ἔξ Εὐρυδίκης τῆς Ἀκτορος θυγατρός Φερεκύδης δὲ (fr. 17, p. 73) ἔξ Ἀντιγόνης τῆς Εὐρυτίωνος, ἀλλοι (Σουλδᾶς cod. Ven.) δὲ ἐκ Λαοδαμείας τῆς Ἀλκματίωνος.

Pag. 482, fr. 52, lin. 2. — In lat. legendum : *Examya... Thelidaram* pro *Examyo... Thesidaram*.

Pag. 487, fr. 76 lin. ult. — Lege : *Herodor. fr. 28*.

Pag. 504 a, lin. 11. — Pro 243 lege 234. — Ibidem dele notam ad fr. 11 a.

Pag. 509. — In regum tabula Senecharibo adscripti sunt anni 81; lege an. 18.

Pag. 510, fr. 22 lin. 5. — Lege : *CCCCXC* pro *CCCXC*.

Pag. 520 b, lin. 25. — Pro : *Quamquam Bœckhius* p. 36... censem, lege : *Quamquam nonnulli* (v. *Bœckhius* p. 36)... censem.

Pag. 501, fr. 7, lin. 3. — In latinis Eusebii lege *Ottartæ* pro *Otirtæ*.

Pag. 561, fr. 37, lin. 1. — Pro *Σταματένης* lege : *Σταματενῆς*.

Pag. 577 b, lin. 1. — Dele vocem *suspicor*.

Pag. 615, fr. 12 not. — Corrupta illa τὴν δὲ ἀρχὴν ἦν Ἐρμιττος δ ἀστρολογικὸς, ὃς δ κόσμος ingeniose emendavit Creuzerius in Dionyso p. 26; hunc in modum : τὴν δὲ ἀρχὴν ἦν Ἐρμοῦ ἴπνος ἀστρολογικός, ὃς δ κ. (« Anfangs war (dieses Gefäß) aber des Hermes astrologische Laterne (Spiegel, Becher), etc. ») Quam conjecturam probasse etiam Tælkensium nec non Schweighäuserum vir summus monet in Münchner Gelehrt. Anzeigen 1849. N. 172, p. 342, deque re conferri jubet Symbolik II, p. 109 sqq. ed. tert.

Pag. 26, fr. 8. — Cf. not. ad Ariæthæ Tegeatae fragm. 5, tom. IV, p. 319.

### VOLUMEN III.

Pag. 26, ad fr. 9. — Nescio an Diniæ mentio lateat apud Suidam v. οὐδὲν Ἡρακλῆς πρὸς δύο, de quo proverbio laudatur Δίων ἐν δευτέρῳ τῆς δευτέρᾳ συντάξεως (v. Dinonis fr. 4, tom. II, p. 90). — Præterea Meinekius in Hist. crit. com. p. 385, Diniæ nomen reponendum esse suspicatur apud Cramer. Anecd. III, p. 351, ubi citatur Alnéas ἐν Σαμιακοῖς λόγοις : de quo loco v. not. ad Abantis fr. tom. IV, p. 278.

Pag. 31, fr. 17. — ἰσχυρὸν δινῆσιν κτλ.] Egregie hunc locum emendavit Dübnerus meus in præf. ad Himerium p. xxvi, ubi haec : « Optimus codex

Tzetzæ, de quo pluribus retuli in Museo Rhenano, versu 3 recte ἐχθρὸν et δὲ τινάξαι, v. 4 δημόνως. Restat δίνης τῆσιν, quod sæpissime cum diphthongo scribitur ΔΕΙΝΗΙΤΗΙΚΙΝ, id est AEINHK-THICIN :

ἐχθρὸν δει νήκτησιν δὲ πρὶν παῦρα τινάξαι δημόνως ἡηρὴν ηλασεν ἐς ψάμαθον. »

Pag. 53, fr. 76, not. — Dele verba *Dalionem autem vixisse post Timosthenem* etc. Cf. Aristocreontis fragm. 2, tom. IV, p. 333.

Pag. 54, fr. 81. — Vide supra Addenda ad tom. II, p. 615.

Pag. 70, fr. 9. — Eadem in Crameri Anecd. Parisin. IV, p. 65, 5, ubi pro ufo Ἀρεως legitur ufo Αἰνείου, quod procul dubio etiam in Etym. M. reponendum.

Pag. 71. — Ex hoc Simonide Lucianum suam Galatarum pugnae descriptionem mutuatum esse Wernsdorfius cum eoque alii censem. Simonidem de ea carmine, non soluta oratione, scripsisse ex voce ἐποποιὸς ἀρ. Suidam colligit Droyseus *Hellen.* II, p. 233.

Pag. 149. — De Mnasea egerunt Preller. in *Zeitschrift für Alterthumswissenschaft* 1846, fasc. 8, et post hunc peculiari libello Eugenius Mehlius (*Mnaseæ Patarenis Fragmenta. Lugd. Bat. 1847*). Prelleri scripto uti non licuit.

Pag. 149, not. 1, lin. 3 lege : *fr. 6. 15. 33. 39.* Linea 6 lege : *fr. 5. 9. 35. 46.* — Illis locis Mnaseas Πατρεὺς, his Παταρεὺς appellatur. In fragm. 38 in plurimis codd. est Πατρεὺς, in Vaticano Παταρεύς. Prellerus adoptavit formam Παταρεύς, itemque Mehlius, qui formam Πατρεὺς errori tribuendam censet, « quod (ait) quum vel ex exiguo locorum istorum pateat numero, eos tacite licebit corrigere. » Sed numerus testimoniorum idem est ab parte utraque; codicum vero numerus et auctoritas major est ab parte eorum scriptorum, qui formam Πατρεὺς exhibent. Aliunde vero nihil afferri licebit, cur ex Lycia potius quam ex Peloponneso oriundum esse scriptorem volueris. — Ibidem lin. 11 pro *Mnaseas' Corcyraeus* lege : *Mnaseas (Corcyraeus, uti videtur).*

Pag. 149, ad fr. 2. — Cf. Suidas et Etym. M. s. ead. v. et Bachm. Anecd. I, p. 38.

Pag. 150, fr. 3, lin. 5. — Ap. Zenobium pro μύσαντες ἀναμένειν Wytttenbach. et Mehlius legunt ὄμόσαντες ἀναμενεῖν, recte, puto.

Ib. fr. 6, lin. ult. — Pro σκάρον ex Aristot. H. An. IV, 9 et ἈΕL. H. An. X, 11 leg. χάπτον. Cf. Pausan. VIII, 21, 1; Plin. XI, 112. IX, 34.

Pag. 151, ad fr. 8. — Ead. Eudocia p. 379 et 213. Priore loco pro τοὺς Μολιονᾶς legitur notum illud τοὺς Μολιονᾶς, quod etiam n. l. reponendum esse videtur.

Ibid. fr. 11, lin. 2. — Prellerus vulgatam Διὸς Ἡρακλέους tueri studet. « Effinxit novum deum Jovem-Herculem, ortum Jovis Herculisque e conjunctione, licet analogis eum studeat fulcire (cf. Heinrich. De hermaphroditis p. 14). » Mehlius, qui ipse in textu verborum dedit : ‘Ἡρακλέους τοῦ Διὸς, Schneideri legens vestigia. In annotatione tamen hanc rejectit conjecturam, urbisque nomen (Διὸς) latere suspicatur.

Ibid. fr. 12. — Cf. Stephan. v. Σύμη.

Pag. 152, fr. 16. — Mehlius pro *Apollinem*

leg. proponit *Apopidem*, coll. Plutarch. De Is. et Os. tom. VII, p. 442 R.: ἔλλος δὲ λόγος ἐστὶν Αἴγυπτίων, ὃς Ἀποτις ἡλίου ὁν ἀδελφὸς ἐπολέμει τῷ Διὶ κτλ. Sed ἈEgyptia hæc male quadrarent cum tertio libro *Europæ*, nec quidquam inest vulgatae, quod ab euheremistica Nostri doctrina abhorret. Aliorum de hac re silentium nullius est momenti. Ceterum meminit hujus loci Müller. Prolegg. in myth. p. 307, monente Mehlio.

Ib. fr. 17. — Pro Θελξίνεται vel Θελξινία Mehli. scr. Θελξίνεται, probabiliter, quamquam Θελξινία nomen habet etiam Hesych. : Θελξινία Ἡρα τιμᾶται παρὰ Ἀθηναῖοις.

P. 153, fr. 20. — Pro Ἰταλίᾳ Mehli. scripsit Θεσσαλίᾳ, quæ emendatio extra dubitationis aleam posita est.

Ibid. fr. 22. — Pro ὑπὲρ τὸν Ἀθω Mehlius legi vult : ὑπὸ τ. Ἄ., absque causa idonea.

Pag. 153, ad fr. 23. — Eadem Suidas s. v. Cf. Hellaniici fr. 173.

P. 154, fr. 25 b. — Cf. Eudocia p. 306.

Pag. 154, post fragm. 31 adde schol. Ἀesch. Pers. 742 : Ἱερὸν δὲ τοῦτον (sc. τὸν Ἑλλήσποντον Αἰσχύλος) φησὶ διὰ τὸ ἴδρυσθαι αὐτόθι Διὸς Ἱερὸν, ὃς Μνασέας.

P. 155, fr. 35. — Pro Ἐρμαφρόδιτον Mehlius leg. putat Ἐρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης, probabiliter. Vulgatam tuerit Heinrichius De hermaphroditis p. 33, quamquam nihil afferens quod ad tuendam eam valeat.

Pag. 156, ad fr. 42, not. — Apud Hygin. I, 23 *Mnaseam* pro *Musæo* reposuit jam Valesius Emedatt. lib. V, 13, p. 134, notante Mehlio. Si admittis conjecturam (neque enim tam certa est quam videri possit), consequitur eodem modo corrindendum esse ap. schol. Germanici p. 103, ubi de eadem re hæc : *Musæus (Mnaseas) de capra hoc refert. Datur Jovis infans nutritius Themidi et Amaltheæ, quæ fuit domina capræ, quæ ex ea Jovem nutrit. Esse autem hanc capram filiam Jovis dicunt, cuius adspectus tam atrox fuisse dicitur, ut Titanes eam timerent, rogarentque matrem Terram, ut eam abderet. Terra autem in antro clausam Amaltheæ tradidit custodiendam, ibique Jovem cum cura Amalthea educavit. Qui quum esset juvenis, et ille contra Titanas vellet inermis pugnare, ejus pellem dicitur acceptam pro scuto habuisse, quod semper Titanibus agitator timoris fuerit. Hinc sua Lactantius De f. rel. I, 21, qui item laudat Musæum.*

Pag. 156, fr. 44. — Eadem in Cramer. An. IV, p. 318.

Pag. 157, fr. 46 : — Εὐρυστέρνας] εὐρυστέρνου Ruhnken. Ep. crit. I, p. 91. Locus mutilus. Ceterum in latinis pro *Eurysternas* scribe *Eurysternæ*.

Fort. scribendum est :... συναγωγῆ, [Γῆν] Εὐρυστέρας vel Εύρυστέρου κτλ.; sin minus, cum Ruhnkenio pro ἀναστῆσαι in sqq. lege ἀναστῆναι.

P. 158. — Apud Plutarchum Qu. Gr. c. 19. in v. Μνασίγειτων latere nomen *Mnaseæ* Hüllemannus quoque ap. Mehl. l. l. p. 113 conjectit. — Ceterum fragmentis sedis incertæ adde locum dubiæ auctoritatis ap. Apulejum De orthogr. p. 5 Osann., de Furiarum parentibus : *Filiæ, secundum Eudemum, Acheruntis et Noctis fuerunt; Orpheus Plutonis et Proserpinæ. Virgilius modo hunc modo illum secutus. Athenodorus et Mnaseas (Mnastes cód.; Mnaseas em. Mai.) Orci et Stygis. Eudemum Osannus intelligit peripateticum, e cuius Theologumenis Damascius De princip. xiv, in Wolfii Anecd. t. III, p. 236, placita de rerum principio a Nocte derivando citat.*

Pag. 164, ad fragm. 17 adde locum Hieronymi in Jovinianum (Opp. Hier. tom. IV, p. 207) : *Refert Satyrus qui illustrium virorum scribit historias, quod Diogenes palliolo duplici usus sit propter frigus; peram pro cellario habuerit, secumque portaret clavam ob corpusculi fragilitatem, qua jam senex membra sustentare solitus erat; et ἡμερόβιος vulgo appellatus sit, in præsentem horam præscens a quolibet et accipiens cibum. Habitavit autem in portarum vestibulis et porticibus civitatum. Quumque se contorqueret in dolio, volubilem se habere domum jocabatur et se cum temporibus immutantem. Frigore enim os dolii vertebat in meridiem, cœstate ad septentrionem : et utcunque sol se inclinaverat, Diogenis simul prætorium vertebar. Quodam vero tempore habens ad potandum caveum ligneum, vidi puerum manu concava bibere, et elisisse illud fertur ad terram, dicens : « Nesiebam quod natura haberet poculum. » Virtutem ejus et continentiam mors quoque indicat. Nam quum ad agonem Olympiacum qui magna frequentia Græciæ celebrabatur, jam senex pergeret, febri in itinere dicitur apprehensus, accubuisse in crepidine via; volentibusque eum amicis aut in jumentum aut in vehiculum tollere, non acquievit; sed transiens ad arboris umbram locutus est : « Abite queso, et spectatum pergitte : hœc me nox aut victorem probabit aut victimum. Si febrem vicerò, ad agonem veniam; si me vicerit, ad inferna descendam. » Ibique per noctem eliso gutture, non tam mori se ait, quam febrem morte excludere.*

Pag. 164, fr. 21. — Eundem locum usque ad verba συγγένεια οὗτως περιέχει eodem modo, paullo corruptius tamen, habet Eudocia p. 366, et Ducaugius in notis ad Zonaram (tom. I, p. 677 ed. Bonn.). Ceterum initio fragmenti, linea 5, post verba πρώτην κατέστησεν Eudocia addidit τὴν Διο-

νυσίαν, quam vocem ap. Theophilum excidisse monimus. Meinekius Anal. Alex. p. 346 τὴν Διονυσίδα dedit, quamquam in seqq. vulgatam τῇ Διονυσίᾳ φυλῆ retinuit. Præterea pro ἐν Κυρήνῃ βασιλεύοντος Eudocia melius habet ἐν Κυρήνῃ βασιλεύσαντος. Quæ sequuntur apud Eudociam De regibus Persarum, Syriæ et Ægyptii usque ad Cleopatram, ad Satyrum nihil pertinent.

Pag. 165 a, lin. 21 verba Ὅθεν καὶ... δῆμοι, quæ uncis inclusi, transponenda esse ante verba θέαν καὶ ἐν τῇ Διονυσίᾳ κτλ., bene monet Meinek. l. l. Deinde verba Ἀριάδνις ἀπὸ τῆς θυγατρὸς Μίνω, γυναικὸς δὲ Διονύσου, παιδὸς πατρῷοῦ λης τῆς μιχθείσης Διονύσῳ ἐν μορφῇ πρυμνίδι, ita dedit, ut in postri. scripsérat ἐν ὁροφῇ πρυμνίδι. Quæ nimis quæsita verba sunt quam ut cum reliquo loci tenore conciliari possint. Neque fabulae ejusmodi quid suppeditant. Diodorus V, 51, 4 : Διόνυσος δὲ νυκτὸς ἀπήγαγε τὴν Ἀριάδνην εἰς τὸ δρός τὸ καλούμενον Δρίός (in Naxo ins.). Hinc nostro loco refingere possis : ἐν κορυφῇ δρυμώδει. At hoc quoque parum placet. Vereor ne verba παιδὸς... πρυμνίδι, ex glossa fluxerint, quæ in textum irrumpens corrupta est. Annotaverit aliquis : τῆς Μίνω παιδὸς καὶ Πασιφάς τῆς μιχθείσης [Μινωταύρῳ] ἐν [βοὸς] μορφῇ πρύνη. In postremis Meinek. pro Εὔαντις ἀπὸ Εύνόσος, quod libri habent, scripsit Εὔνετις ἀπὸ Εὔνεω. At Bacchi filium Euneum non novimus.

Pag. 168 a, lin. 1. — Pro *Serapionis Sotionis f.*, lege *Serapionis f.*, *Sotionis f.*

P. 169, fr. 5, not., lin. 3. — Pro ab *Alexandro condita* lege ab *Alexarcho condita*.

P. 196, post fr. 15 non fuerit nefas meminiisse Natalis Comitis, qui ita habet lib. IX, 3 : *Scriptis Agatharchides Cnidius libro tertio Rerum Asiaticarum Chimæram mulierem fuisse Amisodari, qui imperavit Lyciæ, quæ duos fratres habebat, Leonem et Draconem. Hi quum Lyciæ loca incursionibus et insidiis opportuna cum magna manu juvenum occupassent, adeuntes ea loca obtruncabant; ob concordiam igitur fratrum et sororis corpus unum tria habere illa capita fabulati sunt. Hos Bellerophontes vi superavit et in servitutem redegit. Quare dictus est plumbum in eos intrusisse, quod etiam testatur Isacius in Lycophronem. Verbotenus fere hæc e Tzetze ad Lyc. 17, p. 300 ed. M. translata sunt, nisi quod Agatharchidis mentionem de suo addidisse Natalis videtur.*

Pag. 236, fr. 94. — In hoc fragmento pro Ἀλέξανδρος ἐν τῷ Περὶ Κύπρου scribendum videatur Mένανδρος etc. Vide Menandri Ephesii fr. tom. IV, p. 448.

Pag. 248, not. 1. — Idem cum Posidonio Aristarchi anagnosta vel alius grammaticus est *Posido-*

*nus Apolloniata*, cuius meminit Tzetzes in Exeget. ad II. p. 4, 10:... ὅπερ καὶ Ποσειδώνιος ὁ Ἀπολλωνίατης ὁ τῷ Ἡσίδῳ μέμψιν ἐπάγων ὡς παραφθείραντι τινας τῶν Ὄμηρου λέξεων, τὸν Ὁἰλέα Ἰλέα εἰπόντι, καὶ τὸν νήδυμον ἥδυμον, καὶ ἄλλα ἀττα τοιαῦτα. Cf. id. p. 19, 2. 126, 20. — Adde Posidonius nescio quem ap. Etym. M. p. 645, 52: Ὁψις, ὡς μὲν Ποσειδώνιος, παρὰ τὸ ἄπτω, ἄψω, ἄψις τις οὖσα ἡ φῶς ἐμποιοῦσα καὶ καταγάζουσα τῶν ὑποκειμένων ἔκστα, ὡς πῦρ.

Pag. 251, b, lin. 4 ab ima. — *Ex ipso M. Brutii facinore duxit originem*] Hoc nimium est (v. Cicero Tusc. IV, 1; Brutus c. 4; ad Att. XIII, 4); attamen ex facinore ita quasi confirmata est, ut in severiore historiam irrepere potuerit.

Pag. 259, not. ad fr. 20. — Error Athenaei in eo potius quærendus est quod Seleucum illum βασιλέα fuisse dicit. Nimirum sermo est de Seleuco Antiochi Sideris regis filio, qui patrem in expeditione Parthica comitatus ab Arsace captus est, uti discimus ex Porphyrio. Vide tom. III, p. 713, not. 7.

Pag. 272, fr. 47, not. — Post eadem leguntur additae: *ex Joanne Antiocheno*.

Pag. 277. — Posidonii historiarum fragmentis, quorum incerta sedes est, additae Exc. De sent. Eunapii (fr. 35) p. 268 ed. Mai.: Ὅτι δὲ Ποσειδώνιος Ἐλεγεν, ἀπελθόντος Ἀλεξάνδρου τὸ στρατόπεδον ἔστηκεν τῶν Μακεδόνων ἔκτενφλωμένῳ Κύκλωπι.

Pag. 287, fragm. 80 a. — Schol. Basilii minoris ad Gregor. Nazianzen, in cod. Paris. 573, fol. 216 vso, quod edidit E. Millerus in *Péripole de Marcien*, p. 137: Ποσειδώνιος δὲ καὶ Ἐρασθένης ἐκ τῶν σκιαθηρικῶν, τούτεστι τῶν τὰς σκιάς θηρεύοντων δργάνων καὶ ωρολογίων, καὶ πλάτος αὐτῆς (sc. τῆς γῆς) καὶ μῆκος παραδόσας. Ποσειδώνιος μὲν ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν μεσημβρίαν Κανώθου ἀστέρος σημειοῦται, δε μὲν ἐν Ἑλλάδι οὐδὲ δρᾶται, ἀπὸ δὲ τῶν ἀρκτικῶν εἰς μεσημβρίαν ιοῦσιν, ἐν Ῥόδῳ φησιν δρθεῖς μόνον ἐπὶ τοῦ δρίζοντος, εὐθέως τῇ στροφῇ καταδύεται τοῦ κόσμου· ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ, ἐπειδὸν μεσουρανῆσῃ, τέταρτον ζωδίου ἐπέχει, δέστι τεσσαρακοστὸν ὅγδοον τοῦ διὰ Ῥόδου καὶ Ἀλεξανδρείας μεσημβρινοῦ. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ὑπερκείμενον αὐτοῦ μή μέρος αὐτοῦ ἔστιν. Ἐπει οὖν καὶ τὸ ὑπερκείμενον μέρος τῆς γῆς τῷ τμήματι σταδίων εἴστι, καὶ τὰ τοῖς ἄλλοις ὑπερκείμενα δροίων, εκεῖ' (leg. ε), δέ ἄρα μέγιστος τῆς γῆς κύκλος εὑρίσκεται μυριάδων κδ' ( $240000 = 5000 \times 48$ ; contra  $5025 \times 48 = 252000$ , qui computus est Eratosthenis).

Pag. 296, ad fr. 101 addere licet hæc ex Damasco p. 78 in Append. ad Stobæi Floril. edit. Gaisf.: Ποσειδώνιος ὑπὸ μὲν τῆς σελήνης κινεῖσθαι (φησι) τὸν ἀνέμους, ὑπὸ δὲ τούτων τὰ πελάγη, ἐν οἷς τὰ προειρημένα γίνεσθαι πάθη.

Pag. 306. — Fort. Asclepiades Ægyptius Θεολογούμενων auctor idem est cum eo qui in inscriptione apud Falconer. (cuius meminit Bernhardy. Gr. Lit. I, p. 369) occurrit, ubi sic: Ἀσκληπιάδην Ἀλεξανδρέα,.. νεωκόρον τοῦ μεγάλου Σαράπιδος καὶ τῶν ἐν Μουσείῳ σιτουμένων ἀτελῶν φιλοσόφων.

Pag. 338, post. fr. 12 pone scholium Vatican. Eurip. Androm. 10, ubi pro Λυσανίᾳ haud dubie scribendum est Λυσίμαχος. Vide locum in Addendis ad Hellanici fr. 5.

Pag. 345 a, lin. 27. — Attamen titulum Περὶ Ἑλληνικῆς ἱστορίας recenset etiam Valesius in prefat. ad Exc. De virtut., adeo ut aliunde de eo constare videatur.

Pag. 348. — In Nicolai reliquis præter ea quæ sero in arenam descendens, quasi ἔφεδρος, *Federus* præstitit (Cf. supra p. 650), largam emendationum et conjecturarum messem viri conjunctissimi præbuerunt, N. Piccolous et Fr. Dübnerus. Quorum hic quidem ἀνὴρ κριτικώτατος, quum jam olim haud pauca correxisset, nunc etiam δευτέρων φροντίδων ἀντον edidit in *Præfatione ad Himerium* p. xxvi sqq.; ille vero, Adamantii Corais in hac urbe successor, amplissimum illud corruptissimumque Nicolai de vita Augusti fragmentum Escorialense peculiari libello tractandum sibi selegit, idque commentario instruxit bona frugis plenissimo, in quo etiam reliquis Damasceni excerptis, quæ medicum adhuc exspectabant, manum admovit delinquentem. In eodem denique libello de Nicolao et de ipso adeo Augusto imperatore optime meruit egregiæ spei juvenis, *Alfredus Didotus*, qui græcam historici lævitatem versionis gallicæ elegantia assequi studuit feliciter.

Pag. 349, fr. 2, lin. 9. — Καὶ δι' αὐτὴν ποιητικῆς] καὶ, [νῆ] Δία, τῆς ποιητικῆς conj. Piccolo. Sequentia idem vir doctissimus ita legenda censet: τραγῳδίας ἐποίει καὶ κωμῳδίας ἡνδοχίμησε δ' ἔτι μᾶλλον ὑστερὸν αὐξηθεῖς, ὅπετε καὶ τὴν δύναμιν συνανθῆσαι ρήτορικῆς etc., omissa cum codd. B. C. voce ἐπεμελεῖτο. — Ib. not. 9. Vocem προσευμβαλνει jure, ut puto, damnat Piccolo. Legerim πω, συμβαίνει.

Pag. 350, lin. 11. — Ἦκοντα δὲ τὸν Νικόλαον\* δεόμενον] εἴχοντο δὲ τὸν Νικολάου δεόμενον leg. censet Piccolo probabiliter.

Pag. 352, lin. 17. — Γίνεται] γίγνεται Feder. tacite.

Pag. 353, not. 22. — Συνέπλευσεν δ' οὖν] δὲ particulam tacite intulit Federus, quasi carere ea haud possit. Ceterum ne quis miretur confidentius me de codicis scriptura loqui. Etenim majorem Nicolai fragm. partem ex apographo E. Milleri, viri doctissimi et in legendis describendisque co-

dicibus exercitatissimi, jam transcripseram antequam in Hispaniam proficiucerer. Deinde ipse codicem cum apographo denuo accurate contuli, ac præ ceteris ea quæ mendam traxisse videbantur, diligentissime excussi. — Ib. lin. ult. Federus scripsit αὐτῷ pro αὐτοῦ, quod tenor orationis non admittit.

Pag. 354, l. 3. — Ἐπεκάλουν... ἡξίουν (ἀξιοῦν cod.)] Federus ita : ἐπεκαλοῦν... ἡξίουν, quod nescio an præferendum sit.

Pag. 355, l. 20. — Καὶ διατριβῶν] καὶ δ. conj. Piccolo. — l. 22. πόνου] φθόνου conj. idem.

Pag. 356, fr. 7, lin. 10. — ὑποφθάσαντας] ἀποφθάσαντας codex; quod notare omisi.

Pag. 357, l. 1. — Τούς γε (δὲ cod.) νεανίας] τοτεύςδε νεανίας Feder tacite perperamque. — Lin. 11. ἐπ' ἄκρου τοῦ ὅρους] ἐπ' ἄκρον τοῦ ὅρους leg. censem Dübnerus. De constructione verbi ἀναβαίνειν agens Bremius ad Lysiam Cont. Alc. § 10 p. 128 : « Plerumque, ait, scriptores addunt accusativo præpositionem ἐπί; nec rejicitur genitivus cum ἐπί, quamquam is rarer est. » Ceterum in iis quæ sub manu erant, locutionem ἀναβαίνειν ἐπί τινος quæsivi frustra. Quamquam facile credo constructionem verbi ἐπιβαίνειν interdum etiam in v. ἀναβαίνειν translatam esse. — Lin. 20. ὕστετε] ὕσταιτε Dübnerus legi vult secundum regulam. Indicativum futuri tueretur Federus, neque ego mutaverim.

Pag. 358, fr. 9, lin. 1. — Ἐπί] hanc vocem omisit Feder. — Lin. 3. εἰς νοῦν ἐνεβάλετο καὶ ἐνεθυμήθη] εἰς νοῦν ἐνεβάλετο scribi vult Dübnerus. Quod foret elegantius vitata repetitione prepos. ἐν. Ceterum fuisse εἰς ν. ἐνεβάλετο, quod per se bene habet, in codice, quem scribæ Constantini discernerunt, probant Excerpta De virt., in quibus locus noster repetitur (fr. 8 extr.). — Lin. 6. Ἀσσύριον] Ἀσσύρικὸν tacite et absque causa Feder. — Lin. 14. μαντικὴ τῇ τε δὲ ὁνειράτων] Præpositio δὲ exedit ap. Federum. — Lin. 18. ἐξεφανίζοντο καὶ πως] De hoc loco Dübnerus : « Constructione nulla et medio verbo posito ubi activum oportebat. Scribo : ἐν ἦ δύο Ἰπποι ἐξεφανίζοντο τὸ κάρρος, ἐν μεσ. κτλ. Sequitur : ἐπιφορεῖν τῷ στόματι ἐπὶ τὸν Ἀρόδην, καθεύδοντα καὶ αὐτὸν, σχύρα. » Hæc optimè Dübnerus. Ceterum vocem κάρρος suppleverim intacta relinquens verba καὶ πως, quæ minime librarium redolere videntur, sed apprime huic narrandi genere convenient, et quemadmodum apud Herodotum sacerdos adhibentur, sic in iis Nicolai fragmentis, quæ ex ionicis scriptoribus, Xantho et Ctesia, petita sunt, iterum iterumque occurserunt, ut p. 380, fr. 49 lin. 4, et ibid. lin. penult.; p. 385, lin. 5 ab ult.; p. 386, lin. 15; p. 397,

fr. 65, l. 6; p. 405, l. 37; adde p. 366, fr. 15, l. 13, ubi Hellanicum logographum ionicum fontem esse in not. statuimus. Orationi pendenti succurrere licet legendo : πρὸ τῶν θυρῶν [ἢν]. Idem Federus efficere studuit interpungendo hunc in modum : ἐν ἦ δύο Ἰπποι ἐξεφανίζοντο, καὶ πως ἐν μεσημέριᾳ, κατέδαρθεν αὐτῷ. — Lin. 26. Καὶ δὴ] καὶ εἰ δὴ servavit Federus notans : « εἰ δὴ, siquidem, quadam forte elegantia, tamquam minus fiderent ita e mente scilicet istius loquenti, præ magis usitato altero οἴα δὴ placuit. » Dübnerus ita : « Müllerus εἰ delevit, ego mutem in ὡς, cuius compendium paullo minus quam oportet curvatum simile fit compendio ει. Infra legitur πλέον γάρ τι εἰδὼς λέγω et πλέον τι τεχμαΐρμενος, ut hic quoque putem sic locutum esse Nicolaum : καὶ ὡς δὴ τι πλέον [κατὰ] τὰ θεῖα εἰδώς. » Mihi olim in mentem venit : καὶ εἰ δὴ τις, et si quis alius. — Lin. 28. παρὰ τὸν Τίγρην] Diodorus (II, 3. 7. 26) Nīnum ad Euphratem sitam fuisse dicit; idque e Ctesia narrari eatenus erat probabile, quatenus hunc præ ceteris auctorem Diodorus in historia Assyriaca secutus esse, quamquam etiam Athenæum quandam et alios quosdam inter fontes suos recenset. Jam vero pro epitome Diodorea variis ex auctoribus consarcinata fragmenta habemus historiæ uberrimæ, quæ tam manifesto colorem ionicum toto narrandi genere singulisque adeo verbis præ se ferunt, ut verbotenus fere e fonte ionico, quem præter logographos unum Ctesiam novimus, descripta esse luce clarius sit. Vel hinc igitur dubitaveris num quæ de Nino Euphratea leguntur, diutius Ctesiani nominis præstigio ornanda putemus, an potius ex ignoto quodam auctore Diodorus arcessiverit, an denique ipse ceteris oscitantæ et acrisiæ documentis etiam hance fluviorum Mesopotamiæ confusionem tamquam coronidem adderit. Multo magis dubitabis, si rem ipsam spectaveris. Nam falsum esse Diodorum ex unanimi optimorum auctorum consensu viri eruditæ collegerunt rectissime; ejusmodi vero errorem ad Ctesiæ ætam nonnisi coactus retuleris; ne cogamur, adest Nicolaus. Primus de Nino ad Tigrim sita nos docet Herodotus, qui tribus vix post eversionem urbis generationibus Mesopotamiam adiit. Eo vero tempore jam evanuisse memoriam locorum, in quibus celebratissima steterit metropolis, adeo ut ne de flumine quidem præterfluent constaret, quis tandem persuaderi sibi patiatur! Ceterum cum Herodoto optime concinit Ctesias Nicolai. Quemadmodum enim ex Herod. II, 150 elicerunt viri docti regiam urbis haud procul a fluvio dissitam fuisse, sic idem etiam e nostro fragmento consequitur. — Porro Ctesiæ historiæ Asiaticæ

tam secunda usæ sunt fortuna, ut posteriores scriptores pæne omnes, spreto Herodoto, Ctesiae vestigiis insisterent. Neque tamen seniorum quispam capitale illud, si fuisset, de Nini situ inter Ctesiam et Herodotum dissidium vel uno verbo attigit. Inter comites Alexandri Nearchus ἐν Παράπλω ap. Arrian. Ind. 42 Ninum ad Tigrin memorat. Eodem dicit Diodorus (XVII, 53), quem in Alexandri historia Clitarchum sequi constat. Is enim Darium dicit Babylone profectum inter Euphratem et Tigrim per Mesopotamiam adscendisse, ut exercitum in campos duceret, qui circa Ninum late patentes acieū explicandæ accommodi essent, castraque ad Arbela posuisse, ubi prælium exspectans milites exercuisset. His addit Strabonem XVI, p. 738 et Plinium VI, 13 et qui Ninum recentiorum memorant, Tacitum An. XII, 13, Ptolemæum VI, 1, Marcellinum XXIII, 6 et 7, Theophanem I, p. 494, Cedrenum I, p. 730 ed. Bonn. (Quos locos vide ap. Höfer. *Premier mémoire sur les ruines de Ninive*. Par. 1850. Mitto alium locum Marcellini XIV, 8, 7, collat. Philostrato V. Ap. I, 3, ubi Hieropolis urbs *Vetus Ninus* nuncupatur. Nam hæc ad nostram questionem nihil pertinent.). — In hoc igitur auctorum concentu una dissona vox Diodori, quæ, si numeranda sunt testimonia, minimi est, sin recte ponderanda, nullius plane momenti. De duabus denique urbibus, quarum altera a Nino ad Euphratem, altera post Arbacem condita sit, sanior hodie cogitare nequit. Nam istud majorum nostrorum commentum de duobus Assyriorum imperiis, quo chronologiarum discrepantias componendas esse censabant, severior crisis dudum repudiavit. Præterea cavendum est, ne in hac disquisitione Lucianum testem advoceamus; id quod olim incauto mihi, (ad fr. Ctesiae p. 15), sicuti in super Höfero l. 1. accidit. Etenim in Charonte dialogo c. 23, quem circa an. 547 a. C. (quo tempore Othryades contra Argivos pugnavit, c. 24 coll. c. 8) institutum esse Lucianus fingit, Mercurius de rerum humana- rum vanitate et imbecillitate verba faciens, inter alia docturus est ipsas etiam urbes maximas haud secus quam singulos homines quasi emori. In eo igitur argumento versans, ὅτι Νίνος μὲν, inquit, ἀπόλωλεν ἡδη, καὶ οὐδὲ ἵχος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς οὐδέ ἂν εἴποις δπου ποτ' ἦν. Haec vero si quis putaverit non dicturum fuisse Lucianum, nisi probe compertum habuisset, reapse sexaginta post eversionem annis ne vestigium quidem urbis ingentis superfuisse nec de situ ejus amplius constituisse, adeo ut cuncta nostra antiquitatis de hac re testimonia meritis niantur conjecturis: is, inquam, mirum in modum Luciano abuteretur, atque verbis a rhetore fusis

majorem quam jejuna historiæ vim tribueret; præsertim quum satis abunde constet, quanta Luciani circa geographicæ et historicæ sit levitas. Sic, ut unum proferam, simili modo ac Diodorus, Euphratem cum Tigride confundit, idque ipse Euphratensis homo. Etenim Seleuciam, urbem Babylonæ longe celeberrimam, non prope Tigrim, sed ad Euphratem conditam esse refert (De dea Syr. c. 18). Quo quid dici potuit oscitantius! Sic flocci facit historiam in Icaromenippo, ubi eodem temporis momento evenisse dicit quæ durum fere generationum intervallo separata erant. Sed ne immoremur rei profligatae. Nam vel ii qui post Dahlmanni (*Forschungen* I, p. 12-37) de Luciano judicium paullo severius tueri auctorem data opera studuerunt, ingenuæ tamen fatentur eum, utpote poetam, historiæ veritatem parum curasse, eamque pro re nata poeticissuis vel rhetorici consiliis accommodasse, (V. Krüger. *Leb. d. Thuc.* p. 12 sqq. Heysius Quæst. Herod. p. 37 sqq.) Nihil igitur mirum rhetorem dicere Nini urbis ne levissimum quidem vestigium Cyri temporibus superfuisse. Id enim ad ea quæ probare voluit aptius erat, quam si cum Diodore (II, 8, 3) memorasset Nini regis tumulum, quanquam eversa urbe, adhuc superstitem vel si simile Sardanapalli monumentum ostendisset, quod Alexandri æquales viderunt Chœrius Iasensis et Amyntas.

Pag. 359, l. 9. — Τόδε μοι] τόδε [δέ] μοι Feder. et Dübner. — l. 13. σοι ἐπῆλθε] σοι ἐ. Feder. nescio quo lapsus. — l. 26. Lege ἀδυνάτων αὐτὸν ἐρᾶν, ut Piccolo et Feder.

Pag. 366, l. 5. — Lege: πάσχοι... μόνη... εῖρκτο, monente Dübnero. — Ejusdem fragm. lin. ultima ante μητέρα excidit τὴν articulus; habet enim codex, eoque opus est. Contra in lin. 2, fragm. 15 Federus scripsit τὴν Ἐπικάστην, ubi codex articulum non præbet, neque eo opus est. Ibidem pro ἐγινούτο, quod rectissime codex exhibit, Federus ponit ἐγένοντο, et paulo post pro γίνεται dedit γίνεται. — Lin. 6 in nostris male est ἐπέθετο, lege ἀπέθεντο, quod non debebam tacite mutare.

Pag. 367, fr. 15 lin. ante penult. Ἀγαγῶν] ἔγων Fed. — Lin. penult. λευκαδί] typoth. errore pro λευκίδα, in nota item lege: λευκίδα codex. » Conjecturas Feder. promit has: ληδα συγνήν, vel παλλακίδα συγνήν. vel, quod præfert, ἐνοικίδιος συγνήν — Fr. 17, lin. 3. — Leg. τὸν Τρωός ut Fed.

Pag. 368, fr. 17, l. 6 ab ult. — ἔκεινην] τε addere placuit Federo.

Pag. 369, fr. 20, l. 7 ab ult. — ἐναγόντων] προσενασόντων conj. Piccolo.

Pag. 371, not. lin. 7. — Lege: fluvium significari

monet, testante Etym. M. v. Δάσκηληρα. Vid. Add. ad Xanthi fr.

Pag. 372, not. lin. 3. — Pro *Alcimius* lege *Alciamus*.

Pag. 376, not. 8. — Non erat cur mutarem vulg. ἔβουλεύθη; monet Dübner. — Not. 11. ἔξαρνοι ἦσαν] ἔξηρνήθσαν tacite Feder. — Fr. 39, lin. 2. στρατιωτῶν] lege Σπαρτιωτῶν, uti codex; quod quum primo conatus in στρατιωτῶν mutassem, factum ut sic excuderetur. Hinc Piccolous proposuit: ἔβασιλευσε τῶν [Μεσσηνίων κρατήσας μετὰ τῶν αὐτοῦ] στρατιωτῶν.

Pag. 377, l. 7. — ἀνεγόμένου] Dübnerus leg. censem ἀνεγόμενον; quod in codice legisse sibi videtur Federus; falso utique. Ceterum Federus quoque edidit ἀνεγόμένου, uti nexus narrationis et historia flagitare videntur. In seqq. vero non erat cur supplerem [οἱ ἐγχώριοι]; nam hæc quoque ad Dores Messeniae referenda sunt. Videlicet Cresphontes statim ab initio res Messeniae ita arbitrio suo ordinavit, ut Doriensium commoda flocci penderet. Nam regione in quinque civitates divisa, cum Messeniis pacta quædam iniit, deinde etiam prorsus ἰσονόμους Doriensibus esse voluit. Neque id coactus neque bonitate ingenii vel quadam in subditos clementia ductus fecisse putandus est; sed quemadmodum in reliquis tamquam vir vafer malæque in suos fidei appetit (v. Apollodor. II, 8, 4), sic etiam Doriensium in Messenia auctoritatem eo consilio minuit, ut ex rege, qualem mores Dorici patiebantur, tyrannus evaderet. Jam vero consenteaneum est Dorienses, qui in singulis civitatibus una cum Messeniis res administrabant, mox detrectasse auctoritatem regis infestissimi, adeo ut complures quasi principatus per Messeniam exsisterent. Quo intellecto, Cresphontem cœpti pœnituit; mutatoque consilio τὴν ἰσονομίαν quidem tollere, simul vero nonnisi unam civitatem esse (μόνην τὴν Στενόχαρον νομίσαι πόλιν), in eamque omnes Dorienses congregari voluit. Causam hujus conversionis *prætexebat* (ἐκ μὲν τοῦ εὖ πρεποῦς λέγων). injustum esse Messenios eodem cum Doriensibus frui jure: *revera* autem quid machinaretur, excepitor quidem non enotavit, sed sponte patet regem non Doriensibus, sed suæ ipsius potestati voluisse prospicere. Tum igitur Dorienses τὰ καθεστῶτα omni contentione tuebantur, tantumque aberant ut antiquanda illa ἰσονομία alicerentur, ut violentiæ malæque fidei regem τὸ ἵσμοιρον jam non amplius tolerandum esse censem accusarent; denique tollere ipsum regem, et suo quisque loco manere, quam in unam regiam coacti unius viri arbitrio se committere malebant. — Ib. lin. 15 οὓς τότε] οὓς ποτε scripsit Feder., male. — L. 18.

ἔτεχνάσατο] ἔτεχνεύσατο Feder. in cod. legit; non ego. Verbum τεχνάζειν habes etiam infra p. 395, l. 12.

Pag. 380, fr. 49, l. 2. — Κατέλιπε] κατέλειπε male Feder. et contra cod. — L. 5. Δαμονὼ] Δαμανὼ Feder. ex marg. — L. 6. μοιχευθέσα] μοιχηθέσα tacite Feder., quasi ita codex. At μοιχεύειν, non vero μοιχῆν habes etiam infra fr. 61, l. 5. — L. 10 φάρμακα] φάρμακον tacite Feder. Pluris non erat mutandus propterea quod singularis l. 1. usitatio foret. — L. 36. Σπέρμω] Σπέρμη tacite Feder. Codex bis habet dativum Σπέρμω, semel nominativum Σπέρμης; adeo ut de genuina nominativi forma possit dubitari. Ceterum ipse quoque malim formam Σπέρμης. — L. penult. ἡράσθη] Optime Dübnerus corredit: τὴν θυγατέρα... ἡγάσθη, collat. p. 313 lin. 3 ab ima.

Pag. 381, lin. 5. — Οἷοι ἀναπτεισθεῖς] ήσοι ἀν. Feder tacite. Idem conjecterat Piccolo. Possis etiam οἷοι ἀναπτεισθεῖη. Illud tamen malim. Quamquam etiam negligentiorem codicis orationem licet defendere. — L. 13. διαπέραται] in διαπερᾶχθαι absque causa mutavit Feder. — L. 19. κειμένην] κειμενον Feder., absque sensu. — Lin. 28. Σπέρμος μὲν] Feder addidit [οὖν], ut passim. — Lin. 38, not. 34. πῶς; Σπέρμον] vocem cod. παῖς ejecit Federus, addens: « Qualia plerumque monstra tacui. » Quod dolendum.

Pag. 382, l. 5. — ἔβασιλευσε] sic bene cod.; ἔβασιλευε Fed.

Pag. 383, ad not. 38. — De Tylone cf. quæ monet O. Müllerus *Kleine Schriften* tom. II, p. 157: « Die Athener sollte Triptolemus nach Syrien geführt haben, der auch in den Städten des benachbarten Kleinasiens viel vorkommt, wo man einen Lydischen Gott oder Dæmon *Tylos* in diesen Eleusinischen Heros der Agricultur umdeutete. V. Annali dell' istit. di corrisp. archeol. tom. II, p. 157. » — L. 14 Σύρων] sic cod.; Federus tacite Συρίων, quasi eo careri non posset. — L. 18. ἀποκλωρήσαντος] sic cod., non ἀπιχ., ut Fed. — L. 29. τοῦτον ἐλθόντα] iterum οὖν, et h. l. tacite, interposuit Fed.

Pag. 384, l. 14. — Ἐχθρὸν πατέρων] ἐχθρὸν πατέρων tacite, ceterum bene dedit Federus. Idem vel ἐχθρὸν πατέρων proposuit Piccolous. — Paullo post Federus vocem ἀποδεῖξε absque ratione mutavit in ἀπέδειξε. Deinde vero pro ταῦτα λέγων bene corredit ταῦτα λέγων. — L. 20. [γαμεῖν] ἔμελλε] Dübnerus scrib. censem ἔγημε, quod majusculis literis exaratum facilissime abire potuerit in ἔμελλε. Federus supplet ἀγαγέσθαι. — Ibid. Ἀρνώστου] Hoc Federus mutavit in Ἀρδυος, quia Mysiae ille rex aliunde non notus Ἀρδύντον condi-

disse dicitur. Fortasse igitur simili modo corrigendi sunt qui Antiochiam a Seleuco non vero ab Antiocho, et Arsinoen a Ptolemæo, non vero ab Arsinoe conditas esse dicunt. Ceterum ex Arcadii precepto oxytone scribendum est Ἀρωστός, sicuti Βηρωστός, Κηρωστός. — Lin. ult. ἡ δὲ ] ἡ δὴ tac. Feder.

Pag. 385, l. 1. — Τοὺς φίλους ] τοῖς φίλοις καν. bene emendavit Feder. — Lin. 21 interpunge : ἡγνόει μάλιστα, τοῦ κτλ., uti Dübnerus et Feder., nisi malis cum Piccoloo legere : ἡγνόει, μόλις ποτὲ τοῦ κτλ. — Lin. 5. θεὸς ] Præstaret δὲ θεός, monente Piccoloo; sed constat sibi excerptor p. 388, fr. 54, l. 14. — Lin. 30. Λέξον ] Malim cum Piccoloo legere Λέξω.

Pag. 386, l. 9. — Κατορύζαι ] κατορύζειν dedit Feder., uti est supra p. 385, l. 32. — Lin. 15 ita Federus : [ πῶς ἔχοι ] πῶς τε δειπνοίη.

Pag. 387, fr. 53. — "Οτι Ιωνες ] Φωκεῖς rependum esse censem Federus. Idem lin. 7 post ἡγεμόνας αὐτῶν ex conjectura paullo audacius intulit nomina Φιλογένην καὶ Δάμωνα. Scilicet de bello ab Ionibus contra Orchomenios gesto non constare dicit. Deinde miratur prolem Ionum spuriam et a legitima prole pulsam postea tamen cum Ionibus in Asiam trajecisse. Censem igitur Iones illos excerptoris deberi oscitantiae. Deinde, « Hoc itaque concedentibus, inquit, anquirendum diligenterius cuiusnam gentis nomen pro falso huic Ionum substitutum videatur, relinquo; sin quid mihi conjectura tentandum sit, haud scio an finitos Orchomeniis Φωκεῖς postliminio restituendos censem, quippe de quibus, si Delphos excipias, omnibus Pausanias 7, 2, 2. (Φωκέες ἀποδάσμιοι Herodoto I, 146 audiunt) admixtos Ionum expeditioni socios, acceptis a Philogene et Damone (quorum Strabo tantummodo priorem habet) navibus, eisdemque ducibus constitutis, Phocæam non armorum vi, sed pactione cum Cumæis facta condidisse auctor est. Quæ sane omnia prorsus iis convenire fatendum est, quæ hic de exilibus nothis, quorum patres eclogarii vel librarii culpa Ιωνες audiunt, explicatis narrata habemus; adeo ut ad hæc ἡγεμόνας αὐτῶν προστησάμενοι illorum potius apud Pausaniam ducum nomina quam τοὺς Κόδρου παῖδας vel Νηλείδας excidisse suspicer. » Hæc Federi conjectura probabilitatis aliquid habet ex iis quæ sub finem fragmenti leguntur, ubi Vatias postquam Cumæorum tyrannum nothorum istorum auxilio devicerat, εὐθέως τὰς πρὸς Φωκαέας (Φωκέους cod.; Φωκαίους Feder., latinum nomen græco substituens) συνθήκας ἡξίου ἐμπεδοῦν, δὲ ὑπὲρ τῆς ἔκεινων ἐλευθερίας συνέθετο· οἱ δὲ ἐπείσθησαν καὶ τῆς γῆς ἔδοσαν. Etenim Phocæorum in antecedentibus nulla facta mentio est, adeo ut ipsi illi

advenæ intelligendi videantur, atque verba interpretanda sint hunc in modum : « Statim curavit ut rata fierent pacta, quibus libertatem Phocæensibus illis nothis promiserat. Obtemperarunt Cumani et regionis suæ partem illis dederunt. » Sed ne quid certius contendamus, eo impedimur, quod aperte excerptor Nicolai narrationem in breve contraxit. Nam primum non liquet quinam sint ἔκεινοι, quibuscum pacta iniisse nothi dicuntur; nam in antecc. de uno Vatia sermo est. Deinde nescimus quid sibi velint verba ὑπὲρ τῆς ἔκεινων ἐλευθερίας. Nihil enim præcedit de libertate amissa. Hinc igitur suspiceris agmen nothorum, quod a Cumæorum regione Mennes tyrannus arcuerat, in potestatem venisse Phocæorum, qui socii erant Cumæorum. Deinde Vatia in Mennem fratrem conspirante, inter hunc et Phocæenses convenisse, ut nothi illi pro auxilio suo libertati redditum partem agri acciperent Phocæensium, qui ipsi suos agros a Cumæis acceperant. Jam quod nothi isti dicuntur Iones fuisse, offendere sane possit; attamen, ut nunc res habet, a mutando abstinentum esse dixerim. Nam historiam Ionum, inde ab illo tempore quo Peloponneso expulsi in Græciam migrarunt, usque ad emigrationes eorum Asiaticas, prorsus ignoramus. Ac per se parum probabile est totam istam nationem per illud tempus inter angustos Atticæ terminos sese continuisse. Fieriique potuit ut pars eorum se adjungeret Æolensibus Bœotis, qui tum ex Thessalia ejecti in Bœotia ad lacum Copaidem novam Arnen cum Itoniæ Mineræ cultu condiderunt, atque hinc regna Thebanorum et Orchomeniorum everterunt. Spuria vero proles illa Ionico-Orchomenia e Bœotia pulsa in Atticam se contulerit, quod jam olim Orchomenii a Thracibus ejecti eo commigraverant (v. Hellanic fr. 71, tom. I, p. 56). Hinc deinceps quum iterum emigrandum esset ob locorum angustias, quid mirum illos in easdem oras enavigasse, quas reliqui Iones et qui variis e gentibus iis admixti erant, iteratis itineribus appetebant. Ceterum si qui peccatum a librario est, equidem Ionibus substituerem Æoles Itonios, non vero Phocenses, quos tunc non tam bello Orchomenios petisse, sed una cum illis Æoles illos Thessalicos tanquam hostem communem coercere studuisse consentaneum est. — Ib. l. 12. τὸ [δὲ] μεταξὺ τὸ δὴ μ. dedit Feder.; τὸ διέχον μεταξὺ cōnj. Piccolo.

Pag. 388, l. 4. — Τοῖς Κυματοῖς ] articulus ap. Federum excidit. — Lin. 8. τῆς γῆς ἔδοσαν ] τὴν γῆν tacite Feder.; male; ceterum malim μετέδοσαν. — Fr. 54, l. 28. Οὐτινές τε εἴεν ] τε omisit Feder. — L. 29. ἐφ' ὅτῳ ζχοιεν ] ἐφ' οἴῳ ή. tacite Feder. — L. 31. τοῦ Λαοδάμαντος,, δστις αὐτοῖς εἴη δ Λαοδά-

μας]. « Haud dubie scribendum δστις ΔΗΠΟΤΕ εἰη, ex quo sic obscurato ΑΗΤΟΙC ortum αύτοῖς. » DÜBNER, acute, uti solet. Ceterum v. αύτοῖς h. l. non molestum; et particula δήποτε vel ποτε etiam carere licet, ut in noto illo Euripidis Ζεύς, δστις δ Ζεύς et similibus.

Pag. 389, lin. 16. — προσεῖπεν] lege προεῖπεν cum Federio et Piccolo. Nihil mutaveram ob locum Euripidis Iph. Taur. 370; sed ibi quoque nunc προεῖπας pro προσεῖπας repositum est. — Fr. 55, lin. 6. ἀναζήσαται] Particulam ἀναδιτ Feder., qua non opus. — Lin. 8. παλαιί ἄττα] Hoc Dübnerus mihi proposuerat. Fortasse illud ἀλλα ortum ex ditto-graphia vocis ἄττα. Cf. infra Add. ad p. 402, lin. 8. Contra Federus : « Illud πρόθατα, sane post ἀλλα ἄττα inficetum, pro glossemate recidas. » Quod non assequor. — Lin. 9. αἱ δὲ διὰ τοῦτο] ᾧ δὲ διὰ τοῦτο tacite maleque Feder. — Lin. 10. ἐγένετο] ἐγένετο tacite Feder. Imperfectum, quod codex habet, unice aptum. — Lin. 19. Ἰτώνω] Ἰτωνίῳ Feder.; fort. hypotheta culpa.

Pag. 391, fr. 58, lin. 7. — ἐπὶ τοῦτο] Lege ἐπὶ τούτῳ, auctore Dübnero. — Lin. 14. πολλῶν διαφέροντα] πολλῷ δ. conj. Piccolo; [ τῶν ] πολλῶν δ. scriptis Feder.

Pag. 393, fr. 60, lin. 3. ὅν Εὐαγ.] ὅν se addidisse Feder ait; at est in codice. Ibidem pro ἔξαγαγόν ap. Federum legitur ἔξάγων. — Lin. 10. lege ἐπιθοίντο pro ἐπίθοιντο. Ib. post v. βασιλεύοντα Federus addidit ἀν, bene.

Pag. 394, lin. 4. — Ὅστις ἦν Γόργου] V. δστις Federus in apographo suo omisso videtur; quare conjectit : καὶ Γόργου μὲν ἦν. — Lin. 16 pro corrupto ἐστρατεύσατο Piccolo fuisse censem νήτρεπτο. — Fr. 61, lin. 3 lege [ δέ ] οὐ λάθρα, uti censem Piccolous et Federus. — Lin. 11 pro αὐτὸν δράσαντα lege cum Dübnero ἀν τὸν δρ., vel simplificiter τὸν δρ.

Pag. 395, lin. 3. — ΟΙσόδημος] δ. om. Feder. — Lin. 6. θανόντι ὑπὸ τάδελφοῦ] ἀποθάνοντι ὑπὸ ἀδ. tacite Fed. — Lin. 23. Feder. conjectit : θύειν αὐτῷ καὶ τὰ ἱερά [ δέξιν ], idque probabiliter. — Lin. 32. στράτευμα] στρατὸν Feder.

Pag. 398, lin. 7. — Παρέχοι] leg. παρέχῃ, auctore Piccolo. — Lin. 28 leg. Ἀρτεμβάρεω, uti est in ima pagina, pro Ἀρτεμβάρου. Moiuit Dübnerus.

Pag. 399, lin. 5. Μεγάλῳ ὅντι] μέγα φρονοῦντι conj. Piccolo.

Pag. 400, l. 3. — Cum Dübnero leg. videtur [§] οἰωνιστάμενος. Eodem jubente, lege paullo post ποδαπὸς [ τὸ ] γένος. — Lin. 7. Οἰδάρας] Ubique reponendum Οἰδάρας cum spiritu aspero. Vide Appendix in Piccoloi edit. fragm. Nicolai, ubi M. E. Burnouf, vir celeberrimus, quem Pic-

colous consuluit, fusius de hoc nomine exponit. Etenim Οἰδάρας Zendica lingua Zoroastri foret hubāra, i. e. afferens bonum, ὁγαθάγγελος; Indice idem nomen scriberetur subhāra, quibus respondebat nomen Sæbares pro OEBares apud Justinum. Præterea Burnoufius monet vocem hubāra, afferens bonum, tropice etiam significare posse for-tunam, potestatem, πλοῦτον καὶ δυνάμιν, utpote quæ bonorum auctores sint. Quare Piccolous in verbis ὁσπερ καὶ τοῦνομα λέγει excidisse censem verba τοῦ ἀνδρὸς s. τοῦ ἀνθρώπου. Alias hæc pertinerent ad vocem, quæ fumum equinum Persarum lingua significat.

Pag. 401, l. 1. — Ἐνασυλώτατος] ἐνασυλώτατος conj. Piccolo, ἐναμιλώτατος vel ενδουλώτατος Dübner. — Lin. 10 ab ima. προελθόντα] προελθόντες scribi vult. Dübner.

Pag. 402, l. 8 — Ἄλλα δπλα] Alterum utrum ex ditto-graphia ortum esse recte procul dubio statuit Dübnerus. Cf. p. 389, fr. 55, lin. 8. — Lin. 29. ἐπανίοι] l. ἐπανίη, auctore Piccolo.

Pag. 403, not. 47. — Αἴπολον κακὸν conj. Dübnerus.

Pag. 404, lin. 27. — Περὶ αὐτὸν] l. π. αντὸν; monet Piccolo. — Ib. l. 8 ab ima Dübnerus ita legi vult : ἡ [ νικήσασιν ἡ ] ήττηθεῖστι.

Pag. 405, lin. 19. — Διὰ μέσου δὲ διεξιέναι] δ. μ. δὲ μηδένα διεξ. conj. Piccolous; δ. μ. δὲ διεξιεῖται Dübnerus.

Pag. 406, lin. 24. — Ωφέλουν] lege ὥφελοῦντο, corrigente Piccolo.

Pag. 408, not. 10. — Ως μὴ συναπόληται leg. censem Piccolo.

Pag. 413, lin. 33, not. 22. — Ἀποίκων] an ἀπειροκότων? Piccolo.

Pag. 430, cap. 6 vers. fin. : — cum Piccolo leg. censeo : ὡς μὴ τὴν δίαιταν... μεταβαλὼν τὴν δῆλην κτλ.

Pag. 433, not. 2. — Vulgatam ἐν τῇ μετὰ ταῦτα (sc. ἡλικίᾳ) recte, opinor, tuetur Piccolo. Idem linea sequente pro ἐν ἔργοις mallet ἐπ' ἔργοις.

Pag. 434, fr. 101, lin. 2. — Nisi plura exciderint, fortasse legendum esse Piccolo censem : ἄγων ἐν Ἀπόλωνιά vel disertius : ἐν Ἀπόλλ. μῆνα μετὰ τὴν ἐν Ρώμης ἀποδημίαν. — Lin. penult. διατρίψοιεν] l. διατρίψειεν.

Pag. 435, not. 16. — Lege ex Piccoloi correctione : Τιμωροὶ δὲ ἐσ. K. προεδοκῶντο. — Ib. cap. 17, not. 1. Apollodori nomen in textum repositus Piccolo.

Pag. 436, not. 11. — Οἱ τε τῆς] εἰ καὶ μὴ τῆς scr. Picc.

Pag. 437, cap. 18, lin. 3. — Ἐποίει] ἐπήσει Piccolo; recte, puto. — Ibid. post not. 3. Pro ἀπέ-

στειλε leg. ἐπέστειλε, monente Dübnero. — Ib. post not. 5. Piccolo scripsit, φανεῖσθαι, τοσοῦδε δύναμας καὶ ἀρχῆς [οὐ] παραχωρήσων.

Pag. 438, lin. 6. — Τῶν συμπάντων] 1. τῷ σ., corridente Dübnero. — Not. 8. « Fort. leg. φίλων τινὲς & καὶ » PICCOLO. — Not. 9. « Fort. leg. : κάκείνους [προάγειν] εἰς τὴν ὑπέρ αὐτοῦ ἐπέξοδον, ἀλλὰς τε καὶ τοῦ δύναματος [οἰωνοῦ] μεγάλου [δύνος] » Ib. Post not. 10. Συναγωνίζειν] ἀνακανίζειν conj. Dübner. — Lin. 3 ab ima : δρπως] δρπως Dübner. δρόσα Piccolo. — Lin. ult. οὔτε πρότερον] 1. οὕπω πρ. cum Dübni., vel οὔποτε πρ. ut Piccolo.

Pag. 439, lin. 4. — Κάσσιος τε καὶ] dele τε, mon. Picc. — Lin. 8. « εἰρηνή βίον εἶχον nihil sunt nisi εἰρηνικὸν εἶχον : nam in vetustis codicibus βι et ix figuram habent inversi w, sic ut in altero medius ductus emineat altior. De ceteris talem conjecturam propono : ἔκεινου δὲ ἡ ττηθέντος, γενόμενοι ὑπὸ Καίσαρι, τὸ ἀπ' αὐτοῦ εἰρηνικὸν εἶχον ἀδεές, πράως καὶ φιλανθρώπως προσαγομένου ἔκαστον. τὸ δὲ ἐν τῇ διανοίᾳ δύσελπι αὐτῶν ἀφγρεῖτο ἀμνησίκακός ὁν τὸ θέος etc. In quibus πράως καὶ sunt meliora exspectantis, sed ἀδεές pro οὐδὲ repositum exemplo nittitur, cap. 31, not. 2, ubi οὐδεές codex pro ἀδεές, et cap. 30, not. 1, ubi δρῶν pro δρῶντα. » DÜBNERUS. Ex his proficiens Piccolo ita scripsit : τὸ ἀπ' αὐτοῦ εἰρηνικὸν εἶχον ἀδεές. [ἥς] οὐδεῖς γάρ ἀλλος φιλανθρώπως προσαγόμενος ἔκαστον, τὸ ἐν τῇ διανοίᾳ δύσελπι αὐτῶν ἀφγρεῖτο, ἀμνησίκακός ὁν τὸ θέος κτλ. — Lin. 33. « Ασμενοί τε ἀν] ἀσμενοι κατένευσαν scripsit Piccolo. — Lin. 3 ab ima. ἀλλ' ἄν] ἀλλ' οἴων scripsit Piccolo. Linea seq. pro ἡχθοντο τὸ... σεσῶσθαι πεποιηκότι, Dübner. et Picc. ἡχθοντο τὸ... σεσῶσθαι... πεποιηκότος. Quamquam ferri potest quod codex præbet.

Pag. 440, lin. 4. — « Ita scripserim : καὶ μὲν δὴ κάκείνων (nimirum τοιν χρατούντων [?]) τὰ ἔθη αὐτὰ διάφορα ἥδη ἦν, τῶν τε συστρατευμένων πάλαι εὖ ἰδιωτῶν μοίρα τῶν τε ἡγεμόνων καὶ (hoc deleverim) οὐ τιμῆς μεταποιουμένων τὸ νῦν (τὸ μὲν cod.), δτι συγχατετάκτο εἰς τὸ ἀρχαῖον στρατιωτικὸν τὸ πολέμω ἀλοῦν etc. » DÜBNERUS. Piccolous vero ita locum constituit : καὶ μὲν δὴ κάκείνα τὰ ἔθη αὐτῶ διάφορα ἥδη ἦν, τῶν τε συστρατευμένων πάλαι εὖ ἰδιωτῶν μοίρα [δύντων], τῶν δὲ ἡγεμόνων οὐ τιμῆς μεταποιουμένων τὸ νῦν, δτι συγχατετάκτο κτλ. Quorum illud τὰ ἔθη perelegans conjectura, cui tum ex aliis scriptoribus patrocinari possis (v. Steph. v. ἔθνος), tum etiam ipso Nicolao; nam paullo infra paucis comprehendens auctor classes vel, ut cum Cicerone dicere licet, nationes eorum, qui Cæsari irascebantur, similiter utitur verbo φῦλα : Παντοδαπὰ οὖν συνέστη φῦλα ἐπ' αὐτῶν κτλ. Ceterum etiam sic, non Nicolai, sed excerptoris verba nos

habere puto : nam illud κάκείνα ad præcedentia referri usus communis postulat. Fortasse Nicolaus in hanc fere sententiam scripsit : καὶ μὲν δὴ κάκείνα τὰ ἔθη (δεινότατα διετέθη vel potius διετίθη πρὸς) αὐτόν διάφορα [δὲ] ἥδη ἦν [καὶ τὰ] τῶν κτλ. — In sequentibus nolim suppleri δύντων, quum non de exauctoratis militibus, sed de gregariis, qui inde a longe tempore militabant (συστρατευμένων πάλαι), sermo esse videatur. Denique τὸ μὲν nescio an non mutandum sit in τὸ νῦν ; facilis enim conjectura est post τὸ μὲν δτι etc. excidisse alterum colon : τὸ δὲ δτι etc. Quæ servata sunt, spectant querelas gregariorum ; quæ exciderunt de ducibus erant. — Ib. not. 16. οὐποτιμωμένων] sic Nicol. p. 435, cap. 17, lin. 2. οὐποτεινομένων Piccolo, quod proprius a traditis abest. — Ib. cap. 20, not. 1. [ἀλλαις] ἐπ' ἀλλαις] sic Nicolaus etiam p. 449, lin. 6 ab ima ; ἐπαλλήλοις eleganter conj. Dübnerus.

Pag. 441, 1. 5. — Τόσον] 1. τοιόνδε ex conj. Dübneri. Καινοτόμον conj. Piccolo. — L. 8 δὲ πάνυ] δὴ π. mavult Dübni. Deinde debebam πρὸς αὐτὸ cum Piccolo vel τοῦτο. In lat. leg. id vero Romanis... suspectum esse solet. — Lin. 10. ἐπελθ. δὲ] an δὴ ? Picc. — Lin. 17. οὐκέτι] οὔτε Dübni. et Picc. — Lin. 20. ἐρῶντα] cod. hab. εὔροντα, non εὔρόντα. — Ib. lin. ultima, parentheseos signum, quod est post sec. συναρχόντων pone post v. ἐδημηγόρει. Monuit Dübnerus.

Pag. 442, lin. 1. — Τίθεται] 1. τίθησι; corredit Piccolo; idem orationem aperte contractam fortasse hunc in modum refingendam esse censem... βοῶντος δὲ τοῦ δήμου ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τιθέναι. [Καὶ δὴ ἐποίει· Καίσαρος δὲ ἀγανακτοῦντος] καὶ ἐπὶ τοῦτον κτλ. Idem de sanitate verborum ἐπὶ τοῦτον dubius. — Lin. 32. τῆς... γλώττη] τῇ γλώττῃ repositum Picc.

Pag. 443, lin. 4. — Ψωμαῖοι ἀριστοί] 1. Ψωμαῖον ἀρ., mon. Piccolo. — Lin. 20. Συνόντες] συγγνόντες conj. Piccolo. Idem lin. 24 pro βούλομενοι supplet πεφυκότες. — Lin. 5 ab ima, lege ἐπιθήσονται καὶ ἡποῦ, auctore Dübner.

Pag. 444, lin. 7. — Verba οὐ γάρ... αὐτῆς parentheseos signis include, præeunte Piccoloo. — Lin. 29. μάλιστα φύλοις] præstat μ. φύλος, ut Piccolo scripsit.

Pag. 445, 1. 5. — Πολὺ μάλιστα] ἥδη μ. Dübni.; πάλιν μ. Piccolo. — Lin. 7. Ἐκέλευσε] leg. ἐπένευε ex conj. Piccoloi. — Lin. 19. Τύλλιος] servandum est Τύλλιος, monente Piccolo. — Lin. 23. Piccolo succurrere loco studet interpungendo hunc in modum : καὶ τὸ θρασύτερον, εἰσὼ τὰς χειράς ἔχοντος ἔδοκει δρᾶν. Idem in nota addit : « Fortasse : εἰσὼ τὰς χειράς ἐλῶν ἄκοντος. » Malim καὶ τι θρ. αὐτὸν εἰσὼ τ. χ. ἔχοντα ἔδ. δρᾶν, vel τοῦ εἰσὼ... ἔχοντος ἔδο-

